

València  
tòrica

3

0

V


Ex Bibliothêca, quam D. D. Onuphrius Solér, Academiæ Valentinæ Rector, eidem testamento legavit.



M.D. 2018

44-8

B5-1-117



Y-33  
20



# INSTITUTIONES

## SACRAE LINGVAE

Hebraicae, methodo breuiissima,  
et expeditissima comprehensae;

Opera Vincentii Trilles, eiusdem linguæ  
in Academia Valentina professoris.

*Ad Academiacos Patronos amplissimos.*



VALENTIAE  
APVD PHILIPPVM MEY.

M DC VI.



CONSVLIB. IVRATIS  
ORNATISS. RELIQVISQVE  
ACADEMIAE VALENTINAE  
PATRONIS VIGILANTISSI-  
MIS, CVRATORIBVSQVE

CLARISSIMIS:

VINCENTIVS TRILLES HAS  
PRIMAS LVCVBRATIONES  
SVAS OB RECENS SINGVLARE  
ACCEPTVM BENEFICIVM  
GRATI ANIMI ET OB-  
SERVANTIAE CAVSA  
DEDICAT, CON-  
SECRATQVE.

# LECTORI.

OGIMVR inopia He  
braici characteris has  
Institutiones Latinis  
litteris in lucem dare.  
quod si noxium splen  
dori, et proprietati linguae sanctae  
cuiquam videatur, quod ea suo cha  
raktere ipsa litterarum forma reprae  
sentata, proprius, et significantius  
exprimat singularū litterarum vim,  
et potestatem; recte id quidem, sed  
fortasse copiosiore fructu eorū qui  
his litteris delectantur, et primum  
ad eas accedūt, Hebraica initio aspi  
ciantur nostris litteris exarata, quod  
ita facilius memoriae mādētur quae  
impedita, et rudiori lectione inci  
piētum solent retardari. Et quidem  
pla-

placuit valde ab aliquot annis quibusdam, pro doctissimorum virorum mēte et iudicio, non modo domestica exercitatione cōtentā parietibus, et auditionibus priuatis, sed etiam publica in nostra Academia Valentina, hanc probare rationem: qui nō semel, aut iterum experientia deprehēderunt, facilius, promptius, et tenacius has tabulas memoriae haerere, quādo expeditiore Latina lectio-  
ne comparantur. Itaq. pro munere meo, prima mihi fuit cura, alumno-  
rum linguae sacrae vtilitati cōsulere,  
eorum laborem subleuare, qui quo-  
tidie haec dictata excipere compelle-  
bantur. Ceterum quae videntur ne-  
cessario requirere ipsam formam ex-  
pressam characteris Hebraici, ea vi-  
ua voce de superiori loco accepta,


A iiij mini-

minima opera in his institutionibus  
auditores depingēt, pro loci oppor-  
tunitate, siue cū his quae Latinis lit-  
teris sunt edita, siue ad orā libri. Vti-  
nam hanc meam lucubratiunculam  
benigni ament, et probent optimi  
adolescētes Theologicis addicti: quā  
lucē aspicere volui, pro insito animi  
mei desiderio et sensu; cui semper fi-  
xum, vt sacra huius linguae arcana le-  
gant, capiant, audiant, in his pergeant,  
et perseuerent; quibus neque sint le-  
uiter tinēti, propter crebrū, vel assi-  
duum eorum usum veteribus, et no-  
uis doctiorib. interpretibus Biblio-  
rum; immo dixerim necessitatem ad  
superanda scripturarū aenigmata, et  
vincendam incredibilem laboris, et  
difficultatis magnitudinem.

SEN,

# SENTENTIAE ILLV- STRIUM ALIQUIT PATRUM, ET SCRIPTO- RUM DE ANTIQUITATE, DIGNITATE, ET VSU LINGUÆ SANCTÆ.

*Iesu Siracides prologo in Ecclesiasticum.*



Ortis itaque venire voscū  
benevolentia, et attentiori  
studio lectionem facere, et  
veniā habere in illis, in qui-  
bus videmur sequentes ima-  
ginem sapientiae deficere in  
verbōrum compositione. Nā  
deficiunt verba Hebraica, quādo fuerint trans-  
lata ad alteram linguam. Non autem solum  
haec, sed et ipsa Lex, et Prophetae, ceteraq. a-  
liorum librorū non paruam habent differen-  
tiā, quando inter se dicuntur.

*Clemens V. in concilio viennensi. refertur in Cle-  
mentina, Inter sollicitudines, de magistris.*

**V**T igitur peritia linguarū huiusmodi pos-  
sit habiliter per instructionis efficaciam  
obtineri: hoc sacro approbante concilio, scho-  
las in subscriptarum linguarum generib. ubi-  
cumq. Romanam curiam residere contigerit,  
nec non in Parisiensi, et Oxoniensi, Bononiē-  
si, et Salamantino studiis prouidimus erigen-

A iiiij das:

das: Statuentes ut in quolibet locorum ipsorum  
teneantur viri catholici sufficientem habentes  
Hebraicae, et Chaldaeae linguae notitiam, duo  
videlicet vniuscuiusque linguae periti, qui  
scholas regant inibi, ut instructi alii, et educti  
sufficienter in linguis huiusmodi, fructum spe-  
ratum possint, Deo auctore, producere.

Origenes homilia undecima ex capite xviii.

libri Numerorum.

**S**ed et illud quod in Genesi scriptum legimus,  
Deum ad angelos sine dubio loquentem di-  
cere: Venite confundamus linguas eorum,  
quid aliud putandum est, nisi quod diuersi an-  
geli diuersas in hominibus linguas operati sint  
ac loquelas? Ut (verbi gratia) unus aliquis fue-  
rit, qui Babylonicā tunc unī homini impresser-  
it linguam, alius qui alii Aegyptiam, et aliis  
qui Graecam, et sic diuersarū gentium ipsi illi  
fortasse principes fuerint, qui et linguarū ac  
loquelaē videbatur auctores: transferit autem  
lingua per Adam primitus data, ut putamus,  
Hebreæ, in ea parte hominum, quae non pars  
alicuius angeli, vel principis facta est, sed quae  
Dei portio permanuit.

*Idem Origenes citante D. Hieronymo ad Marcellā  
ep. cxxxiii. cur quaedam Hebraica Latinis  
sine interpretatione sint posita.*

**L**Icet et illud in libris suis, quos Βηνετοὺς  
vocant, Origenes afferat propter vernacu-  
lum

lum linguae vniuscuiusque idioma, non posse  
ita apud alios sonare, vt apud suos dicta sunt;  
et multo melius esse non interpretata ponere,  
quam vim eorum interpretatione tenuare.

*Caesariensis Eusebius de praeparatione Evan-  
gelica lib. x. cap. secundo.*

**N**Vnc autem non Philosophicas solum do-  
ctrinas, sed omnia inuenta hominum hu-  
manae vitae utilia, a Barbaris Graecos accepis-  
se, comprobemus. Primus igitur qui litterarū  
elementa Graccis tradidit, Cadmus ex Phoeni-  
cia erat; vnde Phoenicia litterarum elementa  
prisci Poëtae dixerunt. Multi Syros litteras  
primas comperisse afferunt: Syri autem etiam  
Hebrei sunt. Nam Iudea in Syria semper a  
scriptoribus habita est, et Phoeniciam etiam  
apud priscos appellari constat. Temporibus  
autem nostris Palaesthinam Syriae appellant.  
Argumento autem illud maximo est, ab He-  
breis repertas esse litteras, ipsarum litterarū  
apud Graecos appellatio. Singula enim apud  
Hebreos elementa appellatione significativa  
vocantur: quod apud Graecos nullo modo fie-  
ri potest. Vnde non esse ab illis inuenta, sed ab  
aliis accepta, declaratur.

*D. Basilius homilia secunda Hexaëmeri.*

**E**Quidem non meā tibi, sed viri cuiusdam Intelligit S.  
Syri sententiam recenzebo, qui rātum a sa Ephraē Sy-  
pientia distabat, quanto verarum scientia rerū rum.

A v pro-

propinquior erat. Aiebat igitur ille, Syrorum vocem significantiorem, atq. euidentiore esse, et ob affinitatem quam habet cum Hebraica lingua, ad sententias scripturarum quodammodo magis appropinquare.

D. Gregorius Nyssenus homilia secunda ex capite primo Cantici Canticorum.

**L**inguæ nostræ figurata locutio non conueniens elegantiæ linguae Hebraeæ, adfert quandam confusionem iis qui sequuntur in superficie significationem dictionis.

Idem homilia XIII. in Canticum canticorum.

**C**aput eius, inquit, aurum Cephas. vox autem illa Hebraica, si nostram in linguam transferatur, aurum purū, et intactum significat, quodq. omni mistura careat. Atque hanc vocē non conuersam mihi reliquissē propterea videntur, qui haec de Hebreis Graeca fecerunt, quod non reperirent in lingua Graeca vocabulum ullum, quo emphasis Hebraici nominis enuntiari posset.

Theodoritus quaestione LX. in Genesim.

**V**ocem Hebraicam arbitror esse sacram. Quemadmodum enim in templis Graecorum quidam sunt litterarum characteres peculiares, quos sacros appellant: sic Deus omnium per Mosem donauit hanc linguam, non naturalem, sed ad docendum aptam.

Dio-

Diodorus apud Zephyrum in Catena in  
Pentateuchum, & Suidas.

**H**ebraea igitur lingua ab Heber hoc cognoscimata, seruatur in columnis, aliis in alias linguas diuisis; utpote qui illorum sententiae de turri aedificanda non subscriptissent.

Theophylactus Bulgarorum Archiepiscopus,  
enarratione in cap. xv. Diui Marti.

**C**amat vero Iesus Hebraica voce prophetica, ostendens se usque ad mortem Hebraica in honore habuisse.

Euthymius Zigabenus prooemio in  
Psalterium, post medium.

**P**raeterea obscuritatis alia etiam est ratio, Idioma scilicet Hebraicae linguae diuersum a Graeca. Variis enim ac multiplicibus locis modis Prophetae saepenumero usi sunt, (quamquam non sic semper) adumbrate etiam multa dixerunt, ob incredulitatem, et duritatem auditorum: quae tamen paucioribus, ac sanctis viris ruelata sunt, quaeque a solo rerum exitu ac fine recte iudicantur. Postremo etiam illa addatur ratio, quod de prima, ac propria Hebraica lingua, in aliam, antiqua omnia legitimus translata. Omnis autem lingua, in aliam conuersa, ut plurimum, difficultatem, atque obscuritatem generat.

D. Hieronymus epistola quarta ad Rusticum de viuendi forma.

Dum

**D**Vm essem iuuensis, et solitudinis me deser-  
ta vallarent; incētua vitiorū, ardorem q.  
naturae ferre non poteram: quem cum crebris  
ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationi-  
bus aestuabat. Ad quam edemandam, cuidam  
fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in disci-  
plinam dedi; vt post Quintiliani acumina,  
Ciceronis fluuios, grauitatemq. Frontonis, et  
lenitatem Plinii, alphabetum discerem, et stri-  
dentia, anhelantiaq. verba meditarer. Quid ibi  
laboris insumpserim, quid sustinuerim diffi-  
cultatis, quoties desperauerim, quotiesq. cessā-  
uerim, et contentionē descendī rursus incepe-  
rim; testis est conscientia tam mea, qui passus  
sum, quam eorum, qui mecum duxerunt vi-  
tam. Et gratias ago Domino, quod de amaro  
semine litterarum dulces fructus carpo.

*Idem ad diuam Eustochium virginem, in Epita-  
phio sanctae Paulae matris, epist. xxvii.  
sub finem.*

**L**Oquar et aliud, quod forsitan acmulis vi-  
deatur incredibile. Hebraeam linguam  
quam ego ab adolescentia multo labore, ac su-  
dore ex parte didici, et infatigabili meditatio-  
ne non desero, ne ipse ab ea deserar, discere vo-  
luit et consecuta est, ita vt Psalmos Hebraice  
canceret, et sermonē absq. viii Latinae linguae  
proprietate personaret. Quod quidem usq. ho-  
die in sancta filia cius Eustochio cernimus.

*Idem*

*Idem in Isaiam Cap. XL.*

**M**ultaq. sunt nomina, quae ita leguntur in Graeco, ut in Hebraico posita sunt, propter interpretandi difficultatem, et ad compunctionem linguae Hebreæ, tam Graeci, quam Latini sermonis pauperiem.

*Idem in Epistolam ad Ephesios Cap. primo.*

**N**ec tamē vim sermonis expressimus. Multa enim verba sunt, quae nec de Graeco in Latinum transferri valent; nec de Hebraico in Graecum; et reciprocè nec de Latino in Graecum, nec de Graeco in Hebreum.

*D. Augustinus libro secundo de doctrina*

*Christianæ, capite XI.*

**C**ontra ignota signa propria magnum remedium est linguarum cognitio. Et Latinæ quidem linguae homines quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebreæ scilicet, et Graeca, ut ad exemplaria praecedētia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas.

*Auctor Commentariorum in Psalmos nomine*

*D. Hieronymi, in psalmum LXXXII.*

**V**Idetis quia difficillima loca sunt: videtis quia obscura sunt, et in singulis sermonibus magna sunt sacramenta, et necessitate compellimur in verbis Hebraicis, et plenis mysterioris

fiis diutius immorari. Neque enim nunc R̄he-  
toricum locum euentilamus, sed id quod a Spi-  
ritu sancto dictum est, interpretari nitimur.

*Idem in Psalmum cxiii.*

**P**roprietatem Hebraicae linguae Graecus,  
et Latinus exprimere non possunt.

*Magnus Aurelius Cassiodorus institutionis  
diuinarum legionum cap. xv.*

**Q**uod si tamen alia verba reperiuntur ab-  
surde posita, aut ex his codicib. quos  
B. Hieronymus in editione septuaginta inter-  
pretum emendauit, vel quos ipse ex Hebreo  
transtulit, intrepide corrigenda sunt: aut, sicut  
B. Augustinus ait, recurratur ad Graecū pan-  
decten, qui omnem legem diuinam dignosci-  
tur continere collectam; vel quibus possibile  
fuerit, Hebraeam scripturam, vel eius docto-  
res requirere, non detrectent. Decet enim, ut  
vnde ad nos venit salutaris translatio, inde ite-  
rum redeat decora correctio.

*D. Isidorus Hispalens. Orig. lib. I. cap. III.*

**L**itterae Latinæ, et Graecæ ab Hebreis  
videntur exortae. Apud illos enim prius  
dictum est Aleph, deinde ex simili enuncia-  
tione apud Graecos tractum est Alpha. idem  
apud Latinos A. Translator enim ex simili so-  
no alterius linguae litteram condidit, ut noſſe  
possimus, linguam Hebraicam omnium lin-  
guarum, ac litterarum esse matrem.

*Idem*

Idem lib. ix. Origin. cap. i. D. Hilarius prologo  
in Psalmos, Beda Venerab. tractatu de linguis  
gentium, & in cap. xix. Euang. D. Iohan.  
& in Collectaneis, & Floribus; &  
D. Arnoldus Abbas, qui vixit  
tempore D. Bernardi.


Tres autem sunt linguae sacrae, Hebraea,  
Graeca, Latina; quae toto orbe maxime  
excellunt. His enim tribus linguis super cru-  
cem Domini a Pilato fuit causa eius scripta.  
Vnde et propter obscuritatem sanctorum scri-  
pturarum, harum trium linguarum cognitio  
necessaria est; ut ad alteram recurratur, si quā  
dubitacionem nominis, vel interpretationis  
sermo unius linguac attulerit.



IN LAUDEM  
LINGVAE SANCTAE  
DODECASTICHON.

LINGVA quidem fama doctis celebraris in oris  
Hebraea: at rumor deuolat unde refer.  
Poena, metus, pauor haud aderant cū prima sonauit:  
Acternum numen non violarat Adam.  
Turre parat Babylon magni superare tonantis  
Teclum, nec perii tunc pietate Dei.  
Cum montis radiis tremuere cacumina Sindae,  
Signauit saxis foedera sacra Patrum:  
Praescia sacerorum panditum pectora Vatum,  
Et populi veteris promere mira placet.  
Quid referam? non eloquium me sanctius ullum est  
Chaldaeum, Graecum, seu Latium, vel Arabs.

*Sebastianus Trilles.*



HEBRAEIS LITTERAE SVNT  
viginti duae, quarum haec est

Figura,	Nomen,	Potestas.
א	Aleph	A
ב	Beth	B
ג	Gemal	G
ד	Daleth	D
ה	He	H
ו	Vau	V, consonum.
ז	Zaijn	Z
ח	Cheth	Hh, vel Ch
ט	Teth	T
י	Iod	I, consonum.
כ	Chaph	Ch
ל	Lamed	L
מ	Mem	M
נ	Nun	N
ס	Zamech	Zz
ע	Ghaijn	Gh
פ	Phe	Ph
צ	Tsade	Ts
ק	Koph	K, vel Q
ר	Resc	R
ש	Scen	Sc, vel Zz
ת	Thau	Th

B

# INSTITUTIONES LINGVAE HEBRAICAE.



SCRIPTVRARVM Diuin-  
narum, quae a Deo sunt in-  
spiratae, et sacris scriptori-  
bus dictatae, quoad sensus et  
verba; non solum versus, et  
commata, verum etiam di-  
ctiones singulae, litterae, et  
minimi apices pleni sunt reconditis mysteriis.  
Arcana autem haec apertius, planius, et saepius  
percipiuntur in ipsis scripturis originariis, quas  
sacri scriptores nobis tradiderunt, per quas pro-  
pius attingitur earum sensus, ut docent scriptores  
Hebraei, Graeci, et Latini: quod et ratione atq.  
experientia fatis, superq. posset demonstrari.  
Quapropter cum scripturae veteris Testamēti  
fere primo nobis traditae sint sacra lingua He-  
braica, facilius multo quamcumq. sunt in illis  
recondita mysteria, penetrabimus, inspecto  
ipso limpidissimo fonte, portu scripturarum  
tutissimo. Siquidem lingua sancta Hebraica,  
quae omnium est prima, princeps, mater, et  
mundo coacua, sola intemerata, et sine mixtio-  
ne, tota mysteriis abundat, et feta est arcanis sa-  
cientiae; quae non solum dictionibus includū-  
tur, verum etiam primis, et simplicissimis ele-  
men-

mentis, atque litteris; vt non sit mirum hanc solam a Dco ele&tam fuisse, qua caelestia bona inscriberentur. Hinc factum, vt veteres, et recentes scriptores iure optimo diligentius minima quaeq. indagauerint, sub quibus maxima comprehendenduntur, non sine pergrata, et magna utilitate ad diuinas scripturas percipientias, et intimos sensus penetrandos. Quam obrem Caesariensis Eusebius de praeparatione Euangelica lib. x. cap. secundo, vbi ostendit disciplinas omnes, et artes ab Hebraeis Graecos accepisse, non tantum pietatem, et Dei cognitionem; instituit omnia inuenta hominū humanae vitae utilia, ab Hebraeis Graecos mutuatos fuisse, eo quod Cadmus, qui litterarum elementa Graecis tradidit, ex Phoenicia erat, vnde Phoenicia litterarum elementa prisci Poëtae dixerunt. Alii Syros litteras primos comperisse, asseruerunt: Syri autem Hebraei sunt. Nam Iudaea in Syria semper a scriptoribus habita est, et Phoeniciam etiam apud antiquissimos quosq. appellari constat. Quin a priscis temporibus Palestina Syriae appellata est. Quod est maximum, et euidens argumentum, ab Hebraeis repertas esse litteras, et ipsarum litterarum apud Graecos desumptam esse appellationem. Siqula etenim apud Hebraeos elementa appellatione signifi-

B ij catiu,

catiuadicuntur, non ita apud Graecos. D. quoque Hieron. ad Paulam Vrbicam epist. CLV. vbi interpretatur alphabetū Hebraicum, cum exposuisset litterarum Hebraicarum alphabetum, audiamus quid scribat. Oro te quid hoc sacratius sacramento? quid hac voluptate iucundius? qui cibi, quae mella sunt dulciora, quam Dei scire prudentiā, et in abdita eius intrare, et sensum creatoris inspicere, et sermones Domini Dei tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant tibi ceteri, si velint, suas opes, gemmabibant, serico niteant, plausu populi delectentur; et per varias voluptates, suas diuitias vincere nequeant. Haec Hieronymus. Cum nominibus igitur, figura, et potestate litterarum, non est praeter instituti rationem de earum significationibus breuiter inquirere: dum animaduertas, litterarum Hebraicarum formam, qua hodie utimur, ut refert D. Hier. ep. CVI. quae circumfertur sub nomine præfationis in libb. Regg. ad inuentam esse ab Hezdra Scriba, Propheta, Legisq. doctore, post captam Ierosolymam, et instaurationem, vel reædificationem templi Salomonii sub principe Zorobabele: cum ad tempus usq. reædificationis templi post solutionem captiuitatis Babylo-niae, et redditum in Ierusalem, iidem fuerint

cha-

## HEBRAICAE. 5

characteres litterarū communes Samaritanis, et Hebraeis, iidē scilicet characteres antiquissimi, qui in usu fuerunt ab initio mundi apud eos, qui retinuerunt linguā Hebraicam. Quae vero litterae ab Hezdra sunt repertae, eodem sono, et potestate eadem cum antiquissimis litteris Hebraicis sunt inuentae, sed diuersa figura, qualem exhibet sicutus Israël, qui has litteras refert antiquissimas: de quo in Opere Regio. Porro numerum viginti duarum litterarum eundem esse apud Hebraeos, Syros, et Chaldaeos, quorum lingua magna ex parte confinis est Hebraicae, idem Hieronymus ibidem, et D. Isidorus Hispalensis lib. i, Originum c. iii. etiam scripserunt. Nam Syri, et Chaldaeи eundem numerum litterarum cum Hebraeis habent, eodem sono, sed diuersis characteribus: et si propter varias rerū, et regnorū mutationes, Chaldaicae linguae, quae Aramaea dicitur, characteres, et litterae in usu esse desierint; eo quod scripta Chaldaica Hebraicis characteribus scribi coepissent: quod hodie apparet in sacris scriptis Prophetarū Danielis, et Hezdrae, quae Chaldaica lingua, et Hebraicis litteris hodie circumferuntur in corpore sacrorum Bibliorum.

Ceterum omnes litterae sunt consonantes, cum vocalibus in medio litteris perraro anti-

B iiij quis

## 6 INSTITUTIONES

quis temporibus vñ fuerint Hebraei, vt testatur D. Hieronymus epistola cxxvi. ad Eusegrium, et pro voluntate lectorum, ac varietate regionum eadem verba diuersis sonis, atq. accentibus proferantur. Earum hanc simplicissimam colligimus potestatem, ex his, quae antiquissimis Bibliorum interpretibus sunt probata, ex collatione diuersarum linguarum antiquarum, ex his quae a nostris, et Hebreis sunt tradita, et magis accedunt ad veram litterarum pronunciationem.

### Significatio, et vera singularum litterarum potestas.

Aleph, doctrina, vel disciplina dicitur Eusebio Cæsariensi lib. x. de praeparatione Evangelica, cap. secundo; et diuo Hieronymo ad Paulam Vrbicam epistola clv. et in prooemio commentar. in Threnos Ieremiae. Potest dici et in nostra lingua princeps, ab ordine, quod haec littera primarium locum habeat in ordine litterarum, et alphabeti Hebraici. Hinc et Graeci suum α Alpha mutuati sunt. Pronunciationis est lenissimae, quae nullam habet neque Graecam, neque Latinam litterā sibi respondentem. Si punto vocali non afficiatur,

pro-

propter lenem sui pronunciationem, pro varietate punctorum valet a, e, i, o, u. In medio, vel fine, si absque punto fuerit, non pronuntiatur. Quidam exprimit eius potestatem pertinuem spiritum Graecorum.

Beth, id est domus, sic dicitur a figura quae refert praecipuas partes domus, fundamētum, parietes, tectum, ostium. Valet β Beta Graecorum, et B nostrum, lenius tamen prolatum ac si esset V consonum.

Gemal, Gimal, vel Gimel, retributionem sonat, vel camelum, a gibbo quem gerit in dorso, sicut Camelus, qui dicitur Gamál. Eusebio, et D. Hieron. est plenitudo. Valet γ Gamma Graecorum, et G Latinorum; lenius tamen sonat, ut in Gabriel, et gubernator, non ut in distinctionibus gens, et germanus.

Daleth, quasi Deleth, id est ostiū, quia illud delineat suis lineis; quare Tabula dicitur Eusebio, et D. Hieronymo, qua scilicet aperitur, vel clauditur ostium. ex pronunciatione simili tractum est δ Delta Graecorū. Latinis est D.

He, id est Ecce, vel iuxta Eusebium, et Hieronymum, ista, reddit densum, vel adpiratum Graecorum spiritum: et H, adspirationis motam.

Vau, id est clavus aduncus, vncinus, quod eius referat figuram; valet V consonum.

Zaiin, Telum, claua, quod teli, vel clauae exprimat figuram. Trahunt inde Graeci, et ex his Latini suum Ζ Zeta. Proxime accedit ad S constitutum inter duas vocales, ut in misericordia.

Cheth, hoc est viuēs, vita, quadrupes; adspiratione est fortis densior littera He, et formatur in nodo gutturis, ac proinde crassiori et duriori sono proferenda est, veluti duplex nostra adspiratio, hh, vel ch, id est χ, chi Graecorum. Tametsi nec apud Graecos, nec apud Latinos littera aliqua ex aequo exprimi possit.

Teth, iuxta Eusebium, et Hieronymum interpretatur bonū. Aliis est inuolucrum, significatione e Chaldaismo deriuata, quod littera sit inuoluta, et contorta. Valet τ Graecorum, et T Latinorum.

Iod, manus, instrumentum, vel cum Eusebio, et Hieronymo, principium. Sic dicitur quod minima cum sit omnium litterarum Alphabeti, possint reliquae ex ea formari. effertur per Iota Graecorum, et I consonū Latinorū.

Chaph, palma, manus, vel eius vola. Redditur ex aequo per χ Graecum, quod nobis valet Ch.

Lamed, id est disce, disciplina, stimulus, aut veru, cui similis est, facit λ Lambda Graecorum, et L Latinum.

Mem

**M**em, macula, ex ipsis, est  $\mu$  Graecorum, et M Latinorum.

Nun, apud Eusebium, et Hieronymum est sempiternum, iuxta id quod dicitur Psal. LXXI. vers. xvii. Ante solem permanet, id est perpetuabitur, et durabit nomen eius, innouabitur successione quadam. Aliis est Proles, filius. aequiualeat v Graecorum, et N Latinorum.

Zamech, Auxilium, basis, fulcrum, continuū, a figura sic dicitur. opportune redditur per duplex zz Zeta, vel per S, ut sonat principio, et fine. Concurrit cum potestate Scen sinistri.

Ghaiin, Latine fontem, vel oculum significat, interpretibus Eusebio, et Hieronymo. Adspiratio est, omnium densissima, quam magis exprimit vox viua, quam scriptura; a qua Graeci, et Latini abhorrent. Formatur in extrema gutturis parte, dum flatus per nares deducitur. Redditur per gh, nam vetustis interpretib. Graecis, et Latinis effertur per  $\gamma$  Gamma, vel G, vt in Gomorra, et Segor. Et hodie etiam Harabibus valet g adspiratum, et strangulatum. Quapropter litterae g addenda est adspiratio, si ex aequo eius potestate velis exprimere, quod littera sit adspirata.

Phe, os, ab ore, non ab osse, etiam Eusebio, et Hieronymo, quod referat figuram oris; facit  $\Phi$  Phi Graecorum, et nobis Ph. Nam ignorabant

x<sup>o</sup> INSTITUTIONES

bant Hebrei veteres P durum, quod in usu  
est apud Graecos, et Latinos, ut constat ex  
Graecis editionibus Septuaginta duorum, et  
aliorum veterum interpretum, ex nostra vul-  
gata, et ex D. Hieronymo epistola cvi. et in  
commentariis ad caput xi. extremum Danie-  
lis, ubi sic ait. Notandum autem, quod cum P  
litteram Hebraeus sermo non habeat, sed pro  
ipsa utatur Phe, cuius vim Graecum φ Phi so-  
nat: in isto tantum loco apud Hebraeos scriba-  
tur quidem Phe, sed legatur P.) sic vetustiores  
omnes interpretes proferunt Pharao, Pharan,  
Philistiim, Phaleg, Phanuel, Phinees, et c.  
Quae hodie ex traditione Mazzoretarum, et  
Rabbinorum, neglecta antiqua, et vera pronun-  
ciatione, effteruntur per P durum, Pargho, Pa-  
ran, et c.

Tsadi, vel Tsade, Hamus, venatorium in-  
strumentum, venabulum specie bifidatum; va-  
let Eusebio, et D. Hieron. iustitiam, quasi esse  
Tsedek. Sonat Ts. Interpretibus Bibliorum  
Graecis, et Latinis redditur per S simplex,  
propter defectum Graecae, et Latinae litterae  
quae plane huic respondeat. Ex quo illi dicunt  
Sion, Salmon, Melchisedec, Salmana, Sidon;  
quae omnia scribuntur per Tsadi.

Koph, Circuitio, Simius, vel simia a circulo  
quem format. Simius namque ab assidue cir-  
cum-

cumeundo Hebraeis dicitur, quod nunquam uno loco consistet. Efficit K, quod ex Graecorum κ Kappa Latini mutuantur, vel Q litterā. Hinc fortasse nomē traxit apud Graecos Κappa, nisi quis velit deriuari ex nomine Chaph litterae.

Rosc, quasi Rosc, id est caput, quod clementum hoc sit capitatum, aequiualeat g Rho Graecorum, et R Latinorum.

Scin, quod Hebraice diceretur Scen, Latine dentem dicere possumus, quod elementum sic dentatum. Quando habet punc̄tum in dextro cornu, proprie est Hebraicum, et sibilat, vt Sc; alioqui si habeat punc̄tum in sinistro cornu, Ephraimiticum est, et coincidit cū prolatione Zamech; quo sit, vt alterū pro altero ubiq. in scripturis substituatur. Lege Iudicū cap.xii.

Thau, terminus, quod alphabetum terminet, ab ordine sic dicitur, vt Aleph. Signum interpretantur Eusebius, et D. Hieronymus. Est et Crux, vt constat ex cap. ix. Ezechiel. vers. iv. Apocal. cap. vii. vers. iii. Referebat Thau antiquissima figura Crucem, vt et nunc etiā Graecis, et Latinis. quod testantur Tertull. lib. aduers. Iudeos c. xi. et lib. iii. aduers. Marcion. c. xxii. D. Cyprian. lib. ii. Testimonior. aduersus Iudeos, cap. xxii. et lib. ad Demetrianum ante fin. D. Hieron. in comm. in Ezech. c. ix. et

D. Isi-

D. Isidor. Hispal. in comm. in lib. Iudic. c.v.  
et lib. de Gent. vocatione ad Florentinam so-  
rorem, cap. xxv. Quod intelligendum est de  
Thau alphabeti antiquissimi Hebraici, quod  
immutatum est in hodiernas litteras ab Hezdra.  
Atque hoc verius fortasse est quam, quod qui-  
dam sentiunt, Mazzoretarum, et Iudeorum  
improbitate immutatam fuisse figuram Thau,  
ut mysterium Crucis obrueretur. tradit namq.  
D. Hieron. Ezech. c. ix. antiquis Hebraeorum  
litteris, quibus suo tempore vtebantur adhuc  
Samaritani, extremam Thau litteram Crucis  
habuisse similitudinem. non ergo recentiorib.  
characteribus ab Ezdra inuentis Thau Crucis  
figuram referebat. Effertur per Θ Theta Graec  
corum, et per Th apud Latinos.

Porro quinque litterae duplii forma scri-  
buntur, Chaph, Mem, Nun, Phe, et Tsade.  
Aliter enim scribuntur per has principia, me-  
diantesq. verborum, aliter fines. Prioris figu-  
rae vel initium, vel medium dictionum, poste-  
riores semper finem, ornandas scripturae cau-  
sa, occupant.

### De Punctis Vocalibus magnis, et paruis.

Quia Hebrei, Chaldaei, Syri, Harabes, et  
plerique alii Orientales litteras habent tam  
conso-

consonantes; neque sermonem, pronunciacionem, et vocalitatem possunt efficere litterae solae consonantes: hinc fit ut indigeant notis quibusdā, quae repraesentent vocales litteras, ad faciliorem lectionem. Nam veteres, ut iuiores periti, per solas litteras consonātes sensum orationis deprehendebant. Quamuis tribus litteris Aleph, Vau, et Iod, sine punctis vocalibus scriptis, loco vocalium vtebātur, quas auctor Ietsirā, et cum eo Agathius, matres lectionis appellat, quod contineant omnes vocales, et veluti procreēt. quibus Iosephus lib. iv. Belli, addidit He pro vocali. Vide Genebrardū in Isagoge Rabbínica. Quod autem spectat ad pag. III. puncta vocalia apud Hebraeos, Elias Leuita & inde praefatione Mazzoreth, et sectione secunda libri Accentuum, refert punctorum inuentionē ad annum a templi euersione ccccxxxvi. qui concurrit cum anno cccclxxvi. a Christo natō, quo tempore puncta Bibliis Hebrei primum addiderunt. Sunt autem puncta vocalia apud Hebraeos quinque magna, quae aequivalent longis vocalibus; et quinque parua, quae vocales breues efficiunt: quorum nomina, ut pote recentiora, partim sunt Hebraica, partim Chaldaica, partim Harabica.

Primum punctorum magnorum est Kaméts, <sup>N</sup>  
id est virgula in plano positā, punto in me-  
dio

## XIV INSTITUTIONES

dio subscripto, et valet A longum.

**N** Secundum Tserè, duo puncta in plano, et  
valent E longum.

**N** Tertium est Hirék magnum, punctum nimirum litterae subscriptum sequente Iod littera, et reddit I longum.

**N** Quartum est Hólem punctum supra litterā, aliquando cum Vau, aliquando sine eo, semper efficit O longum.

**N** Vitimum est Scirék, punctum intra litterā Vau, et sonat V longum.

Parua puncta quinque itidem sunt.

**N** Primum Patach, virgula in plano posita, sonatq. A breue.

**N** Secundum Zegôl, tria puncta in forma triangulari, et valet E breue.

**N** Tertium Hirek paruum, punctum sub littera non sequente Iod, quo distinguitur ab Hirék magno, et valet I breue.

**N** Quartum Caméts raptum, cuius character est, Caméts cum duobus punctis additis ad latutus dextrum, reddit O breue.

**N** Ultimū est Kibbúts, tria scilicet puncta gradatim disposita, quæ valent V breue.

## De Sceua.

Est et aliud punctum quod non numeratur inter decem puncta vocalia superiora, quod dici-

dicitur Sceua, et constituitur duobus punctis perpendiculariter positis, sonatq. E breuissimum, quando est mobile, id est quando legitur. Nam moueri Hebraeis est legi, ut quiescere, non legi. Sic puncta vocalia vocant motiones, quod addita litteris consonantibus, faciant in quatuor locis mouere, id est legi: sic et vocant quasdam litteras quiescentes, quia cum scribantur, non tamen leguntur, nec pronunciantur.

Est autem Sceuā mobile, id est legitur quatuor in locis. Primo in principio dictionis.

Secundo, post punctum magnum.

Tertio, sub littera notata punto Daghesc.

Quarto, quando in medio dictionis concurrunt duo Sceuaim, primo quiescente alterum legitur.

Addit Elias Leuita in Canticis, et in libro Mazzōrēth, Hammazōrēth, Sceuā sub littera duplicata etiam legi. quod tamen non roboretur veterum auctoritate, neque Dauidis Kamij in suo Michlol.

Quando Sceuā non legitur, trahit litteram sub qua ponitur, ad praecedentem, ut cum ea efficiat syllabam, quod apud Harabes praefstat Gismē, id est circulus litterae superpositus, persimilis O vocali Latinorum. Atque haec de Sceua simplici, cuius antiquam et germanam lectionē si quis amat scire, legat Dauidem Camium

mium in Michlol, ex sensu vetustissimorū Hebraeorum, qua et translatis Iohannes Isaacus in suam Grammaticam pag. x. quinta editionis. Iam agendum de Sceua composito.

### De Punctis raptis.

Praeter decem puncta, quinque longa, quinque brevia, et praeter Sceuā simplex, sunt tria alia puncta quae rapta dicuntur, siue composita cū Sceuā; quo adiecto, brevia puncta quae ex longis facta sunt, fiunt breuissima. siquidē ex punctis longis Camets, Tsere, et Holem, fiunt brevia haec, Pátagh, Zegol, et Hatéph Caméts. Rursus ex his breuibus addito Sceuā fiunt breuissima, nimirum

 Hatéph pátagh, id est A breuissimum.

 Hatéph zegol, id est E breuissimum; et

 Hatéph kaméts, id est O breuissimum.

Seruiunt autem peculiariter haec tria puncta litteris gutturalib. Aleph, He, Cheth, et Ghain, loco ipsius Sceuā, ex quo sunt composita, quod tamē minus conuenit pronunciationi litterarum gutturalium. Nam tametsi puncta rapta sub aliis litteris quam gutturalibus reperiuntur, atque litterae gutturales aliquando recipiant Sceuā simplex, hoc tamē non obstat, quin verum sit, puncta rapta fuisse inuenta propter gutturales litteras, quas Elias Leuita meri-


merito confundentes vocat, quod usitata in  
punctuationem confundant, exceptiones plu-  
res inuoluant, et multiplicem varietatem pun-  
tuationis, quod fere respuant Sceua simplex,  
et Dagesc.

### Rursus de Hatéph Caméts.

Hatéph Caméts, iuxta Eliā, differt a Caméts  
Hatéph quarto punto breui, quod Hatéph  
Caméts saepe non habeat Sceua scriptum, at  
vero Caméts Hatéph illud retineat. Alii nul-  
lum discrimen inter haec agnoscunt. Et quo-  
niā raro Hatéph Caméts, saltem in libris  
emendationibus habet Sceua adiunctū, et tunc  
concurrit cum figura Caméts vocalis longae,  
et pronunciatione plurimum ab eo distingui-  
tur, obseruandae sunt regulae quibus dignosca-  
mus inter Caméts vocalem magnam, et Ha-  
téph Caméts, quando non habet Sceua sibi ad-  
iunctum.

Prima est, si nullum habeat accentum, et  
mox sequatur Sceua, aut Daghesc.

Secunda, si sequantur duo Sceuaim.

Tertia, si post se habeat Maccaph virgulam,  quae Graccis dicitur Hyphen, nobis Subunio,  
nisi virgulā Maccaph praecedat Aleph, vel He.

Quarta, et ultima, in fine verborum si praec-  
cedat accentus.

His de causis Caméts numeratur inter puncta brevia.

## De litteris Quiescentibus.

**א ב ג ד** Quattuor litterae Aleph, He, Vau, et Iod,  
 quas vna dictione Eheui Hebraei complectuntur, et in medio et in fine dictiōnum, positae  
 post vocales longas, nullum sonum emittunt, nisi motione aliqua afficiantur, propter quod  
 quiescentes dicuntur, quia in praecedenti vo-  
 cali longa quiescunt, si excipias ex brevibus  
 punctis Zegol, in quo Aleph, He, et Iod repe-  
 riuntur quiescere.

**ו ז ה צ צ צ צ** Vau in fine dictiois post Camets, Tserè, Hi-  
 rèq, et Pàtach non affectū Hòlem, vel Scuréq,  
 attrahitur ad praecedentem litteram, tamquā  
 vocalis in diphthongo, ut in dictiōibus, Deua-  
 ráu, Scalèu, Phîu, et Tsâu.

Iod vero similiter positum in fine post Ca-  
 mets Hòlem, Scurèc, et Pàtach, in eandē praec-  
 edētem syllabam coalesceit, ut solet vocalis in  
 diphthongo, ut in dictiōibus Adonai, Goi,  
 Galui, Saddai.

He quando in fine habet punctum in medio  
 quod vocatur Mappiq, id est extractor, vel edu-  
 &tor, non modo non quiescit, sed quodammodo  
 fortius pronunciatur.

De

## De litteris He, Cheth, et Ghaiin.

Puncta vocalia litteris apposita, ita pronunciari debent, ut prius littera, post vocale punctum audiatur. Excipiuntur tamen tres litterae He, Cheth, et Ghaiin, quae in fine dictio-  
nis post quattuor posteriora puncta longa ha-  
bent sub se Patach, et post ipsum Patach pro-  
nunciantur. Interdum post kibbutz idem con-  
tingit, quando substituitur loco Vau Scureq.

## De punto Daghesch.

Punctum inscriptum umbilico litterarum, ap-  
pellatur Daghesch, cuius capaces sunt omnes  
litterae, praeter quattuor gutturales Aleph,  
He, Cheth, Ghaiin, et Resch, quae non recipiunt  
Daghesch. Etsi quibusdam locis Aleph, et Resch  
illud recipient.

Est autem duplex Daghesch, forte unum, lene  
alterum. Forte, quod facit in medio litterae  
sonum duplicari, ut in Dibber. Lene est, quod  
in principio dictio-  
nis, aut post Sceua quiescens  
in medio, vel in fine dictio-  
nis, sex litteras, quae  
comprehenduntur dictio-  
nibus. Begad, Chephath,  
ita roboret, ut affectae Daghesch, sonent fortius;  
fine illo, mollius et remissius. Quoties autem  
haec sex litterae in medio, vel in fine dictio-  
nis habent in se Daghesch, non praecedente Sceua,

C ij illud

quatuor guttu-  
rales quoque  
dum hinc dag-  
hesch —

בְּגָד  
כְּפָת

scipiecy qui  
istal scis. Ne  
en mide, o,  
fin de la di-  
n tenenda  
gaghore

## 20 INSTITUTIONES

*no exscent  
tsua lo  
dagheses  
fricta.*

illud Daghesc est forte , vt omnino sit dupli-  
candus sonus litterae. Quod quidem Daghesc  
forte non solum reperitur in istis sex litteris,  
sed etiam in omnib. aliis, si excipias quattuor  
gutturales, et Resc , quae abhorrent a puncto  
Daghesc. Et haec quidem hodierna pronun-  
ciatio sex litterarum cum Daghesc leni. nam  
apud veteres nullum fuisse discrimē inter sex  
litteras raphatas, et daghessatas; aut nullam ha-  
bitam fuisse rationem Daghesc lenis , eruditus  
ostendit Genebrardus pag. xix. suae Isagoges.

## De Raphéh.

Raphéh virgula est in plano, quae supra lit-  
teram scribitur ; vel si non scribatur , semper  
subintelligitur, vbi non est Daghesc : efficitq.  
ut litterae Begad, Chephath, lenius, et tāquam  
adspiratae pronuncientur.

## De partibus Orationis.

**O**rationis tres sunt partes apud Hebraeos,  
Nomen , Verbum, et Dictionem. Dictionem  
appellant omnes Orationis partes, quas praet-  
er Nomen, et Verbum, Graeci, et Latini so-  
lent recensere. Harabes quoque, exemplo He-  
braeorum, et omnes linguae Orientales, imi-  
tatione Hebraicae, has tres tantummodo Ora-  
tionis partes agnoscunt . Sed et Graecam lin-  
guam

quam, et Latinam olim tres tantum habuisse  
Orationis partes, probauit Hebraeus Doctor  
disputans contra Cosdram Persarum Regem,  
vbi probare contendit, id quod certissimum est,  
omnes scilicet linguas ab Hebraica earum ma-  
tre initium habuisse. Quapropter Quintilia-  
nus Institutionum Oratoriarum lib. i. cap. iv.  
scribit, veteres, inter quos fuerunt Aristoteles,  
et Theodectes, tantummodo tradidisse tres Ora-  
tionis partes, Nomina, Verba, et Coniunctio-  
nes, quas vulgus vocat coniunctiones. Nam in  
Verbis vim sermonis quem loquimur, in No-  
minibus materiam de qua loquimur, in Con-  
iunctionibus connexionem eorum, veteres au-  
tores esse iudicauerunt.

## De litteris radicalibus, et seruilibus.

Omnis litterae Alphabeti sic diuiduntur, ut  
undecim semper sint radicales, fundamentales,  
sive essentiales, et de corpore thematis, quod  
radici suae, vel themati perpetuo haereant.  
Reliquae undecim quamuis possunt esse radi-  
cales, et thematicae, sed frequentius sunt ser-  
uiles, et ancillae, quod radicalibus litteris an-  
cillentur. Ex seruilibus autem et ministeriali-  
bus litteris quaedam seruiunt tantum in prim-

C iij cipio

cipio dictionis, nempe Elbasc, hoc est Aleph, Lamed, Beth, et Shin. Quaedam seruiunt in principio, et fine dictionum, Hem, Chen; id est He, Mem, Chaph, et Nun. Tres reliquae, nempe Ioth, id est Iod, Vau, Thau, vbiique ministrant, in principio, medio, et fine.

## De Verbo perfecto, et denominazione litterarum radicalium.

His ita constitutis, prius de Nominе quam de Verbo dicēdum cuiquam videri posset; quia ut ait Dauid Camhius in suo Michlol, Nomen est subiectum, et Verbum est accidens; tamen cum eodem Camhio, et plerisque aliis de Verbo, prius quā de Nominе dicendum, quod tractatio verborum latius pateat, et bonam partē Institutionum comprehendat. Accedit optima ratio, quod Nomina, et eorumdem cognitio magna ex parte pendeat a Verbis: fere enim Nomina a Verbis deducuntur. Nomina etiam inflectūtur omnino ut participia, quae sunt pars Verbi. Omnia igitur Verba, et Nomina perfecta constant tribus litteris radicalibus, constituentibus radicem, vel thema, hoc est tertiam personā masculini generis praeteriti perfecti. Nam reliquae aliae litterae quae addūtūr cūcumq. parti orationis, praeter tres litteras thematicis

matis, seruiles sunt, et ministerium exhibent, ad indicandas coniugationes, personas, numeros, genera, modos, pronomina, aduerbia, praepositiones, articulos, interiectiones, conjunctiones.

Ceterum tres litterae radicales cuiuscumque dictionis denominationem habent a tribus litteris thematicis verbi Paghāl, quo paradigma te verborum perfectorum vetustiores Hebrei uti consueuerunt. Quoniam autem in verbo, vel radice Paghāl, prima littera radicis est Phe, secunda Ghaiin, tertia Lamed; hinc factū est, ut prima cuiuscumque verbi littera dicatur Phe, vel Phe Paghāl; secunda Ghaiin, vel Ghaiin Paghāl; tertia Lamed, vel Lamed Paghāl. Ut in verbo Lamād, prima littera radicis, quae est Lamed, dicetur Phe, vel Phe Paghāl; secunda littera, quae est Mem, erit Ghaiin, vel Ghaiin Paghāl; tertia, quae est Lamed, vocabitur Lamed, vel Lamed Paghāl.

## De coniugationibus Verborum.

Verba perfecta transitiva variantur per septē coniugationes. nam intransitiua, absoluta, vel neutra, quia in se ipsis sunt passiuia, tantum inflectuntur per tres actiuas coniugationes. E septem coniugationibus tres sunt actiuae, vel partentes; tres passiuae, siue proles; et una actio a

C iiiij paf-

paffiua, vel parens et proles, hoc est retransi-  
tiua, et reciprocae significationis, quae agit, et  
paritur.

Prima coniugatio aetiua est Cal, cuius paffi-  
ua est Niphghál. Secunda aetiua est Pighél,  
et eius paffiua Pughál. Tertia est Hiphghál, cu-  
ius paffiua est Hophghál. Denique reciproca  
est Hithpaghál. Quibusdam etiam Niphghál  
eiusdem fere est significationis cum Hithpa-  
ghál, et non paffiuae: quod quidam probare  
contendunt ex Rabbi Onqelos, Rabbi Iona-  
thán, Ben Vziel Chaldaeis interpretibus, Mose  
Aegyptio, et Dauid Camhio. De quo viden-  
dus Xantes lib. III. Institutionum cap. IV.

### De prima coniugatione Kal.

Prima coniugatio a veteri paradigmate Pa-  
ghál dicitur (a quo similiter aliae coniugatio-  
nes nomen fortiuntur) et alio nomine Cal,  
id est leuis et expedita; quod praeter tres litte-  
ras radicales nullam habeat in radice et the-  
mate litteram seruilem, nec admittat Daghesc  
forte in secunda littera radicis, quod recipit  
tertia, et quarta, et septima coniugatio. Com-  
plectitur autem coniugatio Cal magna ex parte  
verba transitiua, quamquam multa intransiti-  
ua, et neutra in ea reperiuntur.

Incipiūt vero Hebraci a praeterito perfecto,  
quia

quia ordine primum est, et thema verbi continet, quod constat tribus litteris radicalibus. Et quidem antiquiores pro paradigmate usi sunt verbo Paghál, recentiores fere verbo Paqád, sed neutrum est nunc accommodatum exemplum: non illud vetustius, saltem hodie, quia in eo secunda littera est Ghain, quae quoniā gutturalis est, confundit puncta vulgata coniugationum. Neque aliud exemplum propositū a recentioribus, est aptum iis, qui primum incipiunt, quia primam radicis habet Phe, quae nunc est daghessata, nunc leuis, pro varietate coniugationum. propter quam etiam causam non placuit proponere Paqád, parigma recentiorum; sed cum Iohanne Isaaco, et aliis verbum Lamád, quod neque variatione punctorum, neque varietate pronunciationis litterae Phe, obscuriores reddit coniugationes.

### *Exemplum primae coniugat. Kal.*

#### *Præteritum.*

Lamád,	didicit. masc.gen.
Iamádta,	didicisti. m.g.
Iamádti,	didici. com.gen.
Iamedú,	didicerunt. c.g.
Iemadtém,	didicistis. m.g.
Iamádnú,	didicimus. c.g.
Iamedáh,	didicit. fem.gen.

lamádt, didicisti. f. g.

lēmadtén, didicistis. f. g.

*Benoni.*

Loméd, discens. m. g.

lomedim, discentes. m. g.

lomedáh, vel lomedeth, discens. f. g.

lomedóth, discentes. f. g.

*Paghul.*

Lamúd, doctus. m. g.

lemudim, docti. m. g.

lemudáh, docta. f. g.

lemudóth, doctae. f. g.

*Infinitius.*

Lamód, vel lemód, discere.

bilmód, in discendo.

kilmód, cum disceres.

lilmód, ad discendum.

millemód, a discendo.

*Imperatiuus.*

Lemód, disce. m. g.

limdū, discite. m. g.

limdī, disce. f. g.

lemódnah, discite. f. g.

*Futurum.*

Elmòd, discam. c. g.

iilmòd, discet. m. g.

tilmòd, disces. m. g.

nilmòd, discemus. c. g.

üilmes

- iilmedû, discent. m. g.  
 tilmedû, discetis. m. g.  
 tilmòd, discet. f. g.  
 tilmedî, disces. f. g.  
 tilmôdnah, discent, et discetis. f. g.

Eadem ratio quo ad significaciones, numeros,  
 et genera personarum, eodem prorsus modo  
 obseruanda in omnibus coniugationibus.

Praeteritum frequentius habet Camets, et  
 Patach, ut Lamád: non raro Camets, et Tsere,  
 ut Chaphéts: rarissime Camets, et Holem, ut  
 Katón.

Praeteritum, et Futurum sunt fundamenta,  
 vel origines omnium modorum. Vnde poterit  
 quispiam per praeteritum, et futurum satisfa-  
 cere loco praesentis, infinitiui, et imperatiui:  
 et is quoque est usus Bibliorum. itaque iuxta  
 exigentiam rei, exponendum est praeteritum  
 pro imperfecto praeterito, vel plusquam per-  
 fetto. ex Elia, oratione prima, fundamento  
 quarto, numero primo, et duodecimo.

Scias quoq. morem esse Scripturae Prophe-  
 ticae, frequentius vti praeterito loco futuri,  
 propter rei certitudinem, quae futura cum sit,  
 periunde est, ac iam facta. Verum in narratione  
 rei gestae aliter res se habet. Ex eodē, num. VII.

Prima persona cuiuscūq. téporis, et modi est  
 cōmūnis generis, ut tertia pluraiis praeteriti.

Beno-

Benoni, id est intermedium, participium est praesens, sic dictum, quod eius actio, quae sit in tempore praesenti, est media inter praeteritum, et futurum, ex quibus componitur; ut si dicam, Reuben lomed, id est Ruben discens, significatur Ruben discere coepisse, et futurū ut adhuc discat.

Benoni, et Paghul non coniugantur more verborum, sed declinātur vſu nominum; ideo nullas habent personas, quia verius sunt adiectiva, quam verba. Hoc tamen est discrimen, quod significatio Benoni, est de ipsa operazione quando fit; nomen autem adiectivum de eo qui habet illam formam, quando nihil operatur.

Cum verbo substantiuo expresso, vel subauditō, ponitur Benoni pro praeter. imperfecto.

Si Benoni construatur cum genitiuo, degenerat in nomen adiectivum participiale: sed absolute positum transit in nomen verbale, sine vlla temporis notatione, vel differentia, ut Scophét, iudex.

*recta nō  
habent genitū  
ni negragus* Sunt verba quae careant Benoni, et Paghul, praescertim neutra, quorum loco ministrant adiectiva.

Actio Paghul, id est Participii passiui, quod nomen habet a veteri paradigmate, fit in tempore praesenti, et componitur ex praeterito, et prae-

et praesenti; vt si dicas, Domus extructa, sensus est, quod iam sit extructa, et adhuc duret. Atque haec est differentia inter Paghul, et Benoni Niphghal secundae coniugationis. Etenim cum dicis, Domus aedificata, per Benoni coniugationis Niphghal, significatur domum fuisse aedificatā, sed contingere potest, vt iam sit diruta. Itaque Paghul huius coniugationis significat perfectā passionem, sed quae adhuc durat: Benoni vero coniugationis Niphghal passionē praesentem, quāuis non sit perfecta. Eadem ratione differt Paghul a nomine adiectiuo, atque Benoni.

Paghul femin. gener. singularis numeri, in hac sola coniugatione vnicam habet formam, in aliis omnibus duplicem, vt in Benoni.

Infinitiuus Hebraicis Makor dicitur, id est fons, quod infinitiuus contineat nudam verbi significationem, sine vlla differentia temporū, personarum, generum, et aliorum quae accidunt verbis. Quapropter infinit. ponitur pro omnibus vocibus verbi, ifrequentius pro imperatiuo, et nomine verbali, vt solet verbale pro infinitiuo.

Infinitiuo seruiūt quattuor litterae, Bachlam, quae litterae praestant usum gerundiorum. Beth, et Chaph, ut plurimum importat, et transiunt sensum infinitui ad aliquā speciem prae-

תְּבָלֵל

teri-

teriti. Lamed indicat futurū, Mem praeteritum, et futurum. Et quia ponitur Mem loco Min, imprimit Dæghes f sequenti litterae, si sit capax. Ut plurimum non venit infinitiuus sine litteris Bachlam, nisi coniunctus fuerit alteri verbo.

Imperatiuus similis est infinitiuo, quando est sine litteris Bachlam.

Imperatiuus, et futurum transitiuorum plerumque desinunt in Holem; sed a neutrīs verbis, aut his quorum secunda est gutturalis, aut tertia est Cheth, vel Ghaiin desinunt in Patach, exceptis quibusdam, quae utraque forma inueniuntur.

Frequentissime imperatiuus pro futuro, et futurū pro imperatiuo ponitur, et pro optatiuo, quo carent Hebraei.

Futurū fit ab imperatiuo, cuius constitutioni, et formationi seruiunt litterae Ethan praepositae, Aleph, Iod, Thau, et Nun, quae in omnib. coniugat. sunt characteristicae futuri.

Littera Thau format secundam personam masculini generis, singularis numeri, et tertiam singularem femininam; ideo bis exprimitur in his personis futuri eadem vox. Cum autem haec duae personae ambiguæ sint, proportione sensus distinguuntur ex solo contextu.

De

## De secunda coniug. Niphghal.

Passiva primae coniugationis Kal, dicitur Niphghal a vulgato paradigmate, ut sequentes omnes coniugationes in omnib. ordinibus recipit actionem a sua actiua Kal, vel est reciprocæ significationis, id est, eiusdem cum Hithpaghal. Non semper sumit suam significationem a Kal, præsertim quando est ab solutum, sed a Pighel, et Hiphghil.

*Exemplum coniugat. Niphghal.*

*Praet. doctus est.*

Nilmád	nilmadáh, <i>vel</i> hillamedí
nilmádta	nilmádeth hillamédnah.
nilmádti	nilmadóth. <i>Futurum.</i>
nilmedú	<i>Infinitius.</i> Ellamèd
nilmadtém	Hillamèd. iillamèd
nilmádnu	behillamèd tillamèd
nilmedah	kehillamèd nillamèd
nilmádt	lehillamèd iillamedú
nilmadtén.	mehillamèd. tillamedú
<i>Benoni.</i>	<i>Imperativus.</i> tillamèd
Nilmád	Hillamèd tillamedí
nilmadím	hillamedú tillamédnah.

Primæ radicali praeponitur Nun littera cum Hircq paruo, quæc apparet in praeterito,  
et par-

et participio, in aliis temporibus deperditur  
Nun character coniugationis, in cuius locum  
succedit Daghesc forte impressum primae lit-  
terae radicis.

Quaedam in hac tantum coniugatione sunt  
vſitata, quae exponenda sunt, ac ſi eſſent con-  
iugationis Kal. In quacumque enim coniuga-  
tione inueniatur verbum vſitatum, praeterquā  
in kal, fere ſemper retinet ſignificationē kal.

*Genom.* Paghul diſſert a praeterito, quod *Paghul* ha-  
bet Camets, praeteritum Patach.

Infinitiuus, imperatiuus, et futurum, amit-  
tunt Nun characteriſticum coniugationis; et  
prima radicalis ſuſcipit Daghesc, quod ut red-  
datur forte, habet praefixum He infinituo, et  
imperatiuo. Nam in futuro per litteras Ethan  
redditur Daghesc forte.

### De tertia coniugatione Pighel.

Coniugatio Pighel, Dagheſſata, vel grauis  
appellatur, eo quod ſecundam litteram radi-  
cis, ſi illa ſit capax Dagheſſe, ſemper habeat da-  
gheſſatam. Nam Daghesc forte, eſt chara-  
teſtica nota huius coniugationis. In hac coniugatione,  
verba que in kal ſunt neutra, fiunt  
transitiua: quae vero in kal ſunt actiua, in  
Pighel ſignificationem intendunt, ita ut inclu-  
dant frequentiam, curam, et diligentiam. Ali-  
quan-

quando significant actionem quae se extendit  
in tertiam personam, ut verba Hiphghil.

*Exemplum coniugationis Pighel.*

Praeteritum.	melāmedáh.l.	Imperatius.
Docuit accu- rate.	mclāmēdeth	Lammēd
Limmēd	melammedóth	lammedū
limmádta	Paghul.	lammedî
limmádti	Melummâd	lammédnah.
limmedù	melummâdîm	Futurum.
limmadtèm	melūmadáh.l.	Alammēd
limmadnū	melūmēdeth	ielammēd
limmedáh	melūmadóth.	telammēd
limmádt	Infinitius.	nelammēd
limmadtèn.	Lammēd	ielammedû
Benoni.	belammēd	telammedû
Melammēd	Kelammēd	telammēd
melammedîm	lelammed	telammedî
	millammed.	telammednah.

Quaedam verba Pighel, et Pughal, contra-  
rias recipiūt significationes; quod in aliis non  
inuenitur.

Vtrumque participium habet Mem praepo-  
situm: Actuum, ut distinguat ab infinituo,  
et imperatiuo: passuum vero, ut discernatur  
a Benoni Pughal.

Habent participia Hiphghil, et Hithpaghel

D

prae-

praepositum Mem, ut participia huius coniugationis. In omni autem ordine, et coniugatione quae habet in Benoni Mem superadditum, litterae Ethan habent idem puctum, quo afficitur Mem participii, si excipias Hiphghil quiescentium Ghaiin Vau.

Infinitiui forma est eadem cum Benoni, sed demas Mem praepositum.

### De quarta coniugatione Pughal.

Character huius coniugationis est Dagheſe forte, praecedente Qibbuts. Eius significatio eodem prorsus modo recipitur, quo in sua actiua Pighel significatur: paulo tamen obscurior videtur, quia nomen personae per quam passio infertur, non exprimitur: quo differt a Niphghal, in quo mentio agentis non retinetur; et saepius is, qui patitur, sibi met pansionis auctorem esse declarat: cum tamen in Pughal passio aliunde manare semper significetur, ut contendit Isaacus pagina xxxi. et xxxii. Vide Quinquaboreum pag. LXX.

### Exemplum coniugationis Pughal.

Praeteritum.	lummádta	lummadnu
Doctus est ac-	lummádti	lummedáh
curate.	lummedù	lummädt
Lummad	lummadrém	lummadtén.

Beno;

<i>Benoni.</i>	<i>Infinitius.</i>	<i>nelummâd</i>
<i>Lummâd</i>	<i>Lummâd.</i>	<i>ielummmedû</i>
<i>lummadîm</i>	<i>Futurum.</i>	<i>telummmedû</i>
<i>lummadâh</i>	<i>Aluminâd</i>	<i>telummâd</i>
<i>lummadôth.</i>	<i>ielummâd</i>	<i>telummmedi</i>
	<i>telummâd</i>	<i>telummâdnah.</i>

Non est adeò usitata haec coniugatio, nam caret Paghul. Infinitius non componitur cū litteris Bachlam.aret etiam Imperatiuo. Futurum praeterea, ut quidam Hebraei sentiunt, in hac coniugatione, et Hophghal non est usitatum, nisi in secundis, et tertiiis personis, non autem primis: quibus suffragatur, quod primae personae semel tantum fiat mentio Iob x. v. xx. Alii has coningationes mancas, et multas manere existimant, quia multi sacri libri intercidetur; in quibus verisimile est, receptum fuisse earum usum.

### De quinta coniug. Hiphghil.

Huius characteristica est littera He, cū punto Hireq ante primam litteram radicis, quae exprimitur in praeterito, infinituo, et imperatiuo. In participiis vero, et futuro, quibus praefixa sunt litterae seruiles, per syncopam retinetur He character coniugationis; ne duae characteristicæ litterae, vel seruiles concur-

Dij ranc

tant; una scilicet characteristica coniugationis, altera participii, vel futuri. Praeterea inter secundam, et tertiam radicis interseritur Iod in hac coniugatione, quod in praeterito manet tantum in tertia persona utriusque generis, et numeri. Eius significatio est activa in tertium, quia significat actionem, alio suasore, et auctore.

*note*

Continet Hiphghil transitiva, pauca neutra. Quae in Cal sunt neutra, hic sunt transitiva cum intensione aliqua: quae autē sunt in Cal transitiva, manent hic etiam transitiva, sed cū magna intensione.

### *Exemplum coniugat. Hiphghil.*

Practeritum.	malmidām	Kehalmid
--------------	----------	----------

Docere fecit.	malmidāh, <i>vel</i> lehalmid
---------------	-------------------------------

Hilmid	malmédeth	mehalmid.
--------	-----------	-----------

hilmádta	malmidôth.	Imperativus.
----------	------------	--------------

hilmádti	Paghul.	Halmid
----------	---------	--------

hilmîdu	Mulmâd	halmîdu
---------	--------	---------

hilmadtèm	mulmadim	halmidi
-----------	----------	---------

hilmádnu	mulmadah. l.	halmédnah.
----------	--------------	------------

hilmîdah	malmédeth	Futurum.
----------	-----------	----------

hilnádt	mulmaddoth.	Almîd
---------	-------------	-------

hilmadtén.	Infinitivus.	ialmîd
------------	--------------	--------

Benoni.	Halmid	talmîd
---------	--------	--------

Malmid	bchalmid	nalmîd
--------	----------	--------

ial-

galmîdu	talmîd	talmédnah.
galmîdu	talmîdi	

Infinitius aliquando reperitur sine charactere coniugationis, He, cuius defectum supplant litterae Bachlam.

Infinitius, Imperatius, et Futurum, indifferenter desinunt in Hircq magnum, vel in Tsere.

### De sexta coniugatione Hophghal.

Passiva Hiphghil, est coniugatio Hophghal, quae propterea ante primam litteram radicis additionem habet litterae He characteristicæ, sicut cius actiua Hiphghil, habetq. sub se Qibbutz, vel Hateph Camets, vel simplex Camets, quando sequitur Hateph Camets sub littera gutturali.

Coniugatio haec passionem quoque significat ab incerta persona, iusu, vel suasu alterius inflictam. Quapropter antiqui Hebrei vocat eodem nomine, atque Pughal, hoc est, Coniugationem quae non recordatur nominis sui agentis. Quae in Cal sunt Neutra, in hac coniugatione non differunt a Passiuis coniugationis Pughal, id est, significant passionem per manus alterius. Quae vero in Cal sunt Transiua, in coniugatione Hophghal significat pa-

D iiij sio-

*Exemplum coniugat. Hophghal.*

Praeteritum.	holmádt	Futurum.
Docerifactus	holmadtéñ.	Olmád
est.	Benoni.	iolmád
Holmád	Holmád	tolmád
holmádta	holmadím	nolmád
holmádти	holmadah, <i>vel</i>	iolmedú
holmedú	holmédeth	tolmedú
holmadtém	holmadóth.	tolmád
holmádnu	Infinitius.	tolmedí
holmedah	Holméd.	tolmádnah.

Quae in Hiphghil coniugantur, et in Hophghal possunt coniugari, tametsi non extet eorum usus in Bibliis. Ex Dauide Cambio. nam si species eorum usum, tantum sunt usitata in Praeterito, et Futuro, in Participio rarius, quod magis induit naturam Nominis, quam Participii.

Infinitius rarissime inuenitur: et numquam cum litteris Bachlam.

Imperatiuum numquam habent, ut verba Pughal, quia in his duabus coniugationibus nomen agentis non exprimitur.

De

## De septima coniug. Hithpaghel.

Duas habet characteristicas litteras, nimirū He, et Thau, vna syllaba proferendas. Non habet coniugationem passiuam, quia significat actionem reciprocā, et retransitiuam, quod eadem sit agens, et patiens, hoc est, significet actionem immanentem, agentis scilicet in se ipsum: actionem vel veram, vel imaginariam, non transeuntem extra agentem. Quare a verbis actiuis, Hithpaghel est reciprocum, quādo agens, sibi vere, vel simulate agit. At a verbis Neutris, vel Intransitiuis, verba Hithpaghel sunt Frequentatiua.

## Exemplum coniug. Hithpaghel. □לְ?תָ

Præteritum.	Benoni.	lehitlammēd
Docuit se.	Mithlammēd	mehitlāmēd.
Hithlammēd	mithlāmedim	Imperatiuus.
hithlammádta	mithlāmedāh	Hithlammēd
hithlammádti	vel mithlam-	bithlammēdu
hithlammēdu	mēdeth	hithlammēdi
hithlāmadtēm	mithlāmedōth	hithlāmēdnah.
hithlāmádnu	Infinitius.	Futurum.
hithlāmedāh	Hithlammēd	Ethlammēd
hithlammādt	behithlāmēd	iithlammēd
hitblāmadién,	kehithlāmēd	tithlammēd

nithlammēd tithlammedū tithlammedī  
iithlammedū tithlammed̄ tithlāmēdnah.

Quaedam in hac tantum coniugatione repetiuntur, ac proinde retinent significationem coniugationis Cal.

Characteres huius coniugationis, litterae scilicet He, et Thau, radici regulariter praefiguntur, si tamē incipiat verbum a litteris dentium, quae sunt Zaiin, Zamech, Tsade, et Scen, tunc euphoniae gratia, prima littera radicis inseritur inter He, et Thau, vt Histammer. Propter eandem causam, in his quae incipiunt a Tsade loco Thau characteristicae, scribitur Teth, et in his quae incipiunt a Zaiin, scribitur Daleth, vt Hitstaddeq, et Hizdammen, ita fit, vt expeditior sit pronunciatio, et suauior. Abiicitur Thau, vel absorbetur, quando sequitur alterum Thau, vel vna ex consonantibus, quae sunt ei affines, nemiram, Daleth, Zaiin, aut Teth, et hoc ad evitandam cacophoniam, ne concurrant duae litterae eiusdem soni, tuncq. imprimitur Daghesc in prima littera radicis, in supplementum Thau absorpti.

Litterae radicis iisdem punctis afficiuntur, quibus scribitur infinitiuus Pighel, nam tota coniugatio habet secundam radicis dagheſſatam, vt Pighel.

Beno-

Benoni habet praepositū Mem, ut in Pighel,  
et Hiphghil, et in eo deperditur prima cha-  
racteristica He, ne simul concurrant plures lit-  
terae seruiles.

Eadem est forma, Praeteriti, Infinitiū sine  
litteris Bachlam, et Imperatiū, quae distin-  
guenda est ex solo contextu.

In futuro perditur He characteristicum, et  
litterae Ethan, assūmunt eius puncū excepto  
Aleph, quod est cum Zegol, quia est guttura-  
le. Desideratur autem He characteristicum,  
ne tot concurrant seruiles.

Sunt quaedam composita, aut ex eadem con-  
iugatione, aut ex diuersis; in eadem coniuga-  
tione componuntur permixtis diuersis gene-  
ribus, et personis; ex diuersis coniugationibus  
componuntur ex Cal, et Pighel; ex Niphghal,  
et Gal; ex Niphghal, et Pughal; ex Niphghal,  
et Hithpaghel, cuiusmodi plura inueniuntur  
in imperfectis; ex Pighel cum Pughal, in di-  
uersis temporibus; ex Hophghal, et Hiphghil;  
ex Hophghal, et Hithpaghel, et ex aliis coniu-  
gationibus, et ex Imperfectis ordinibus cum  
Hithpaghel. de quibus Camhius in prima, et  
secunda parte Michlol, et Elias peculiari libro  
de compositionibus Hebraeorum.

Coniugationem octauam, quae dicitur Po-  
ghēl Merubbāh, id est, Poghel Quadrata,

D v qui-

infinitus et praepo-  
sus in quibus co-  
sume litteras  
bachlam et  
imperatiū

quidam addiderunt quinto loco post coniugationem Pughal. Haec forma quia frequenter est in Imperfetis ( hoc est , in Defectiuis Ghain, in Quiescētibus Ghaiin Vau, vel Ghaiin Iod , a quibus communiter venit coniugatio quae dicitur Quadrata , vt testatur David Camhius) quā in Perfectis, reiicienda ad coniugationem Pighel Quiescētūm Ghaiin Vau, ubi est eius peculiaris locus. Hactenus de Verbis Perfectis, et singulis eorum coniugationibus : iam de Imperfetis.

## De Verbis Imperfetis, siue Anomalis.

Quemadmodum Verba Perfecta sunt, quae tribus constant litteris Thematicis expressis, sic Imperfetta sunt, quae inter coniugandum unam, aut plures ex Thematicis amittunt; aut si non amittunt, non proferunt; vel quae abundant numero radicalium plurimum, quā trium. Quorum prima sunt Defectiua, secunda Quiescentia; ex Defectiuis autem, et Quiescētibus sunt Composita, ac praeterea Abundantia, quae dicuntur Verba Quattuor, et Quinque litterarum: ut multiplicia sint Imperfetta: Defectiua, Quiescentia, Composita, Quattuor, et Quinque litterarum. Rursus Defectiolorum Tres

Tres sunt ordines, Primus Defectiuorum prima radicis, Secundus Defectiuorum secunda radicis, Tertius Defectiuorum tertia radicis. Ex his ordinibus oriuntur hae species Defectiuorum. Prima eorum, quae dicuntur Defectiuua Phe Nun, quae deficiunt in prima radicis, quae est Nun, sequente quamcumque littera radicali. Secunda species est Defectiuorum Phe Iod, quae deficiunt in prima littera radicis, quae est Iod, ut plurimum si secunda radicis sit Tsade. Tertia species est Defectiuorū Phe Lamed, quae deficiunt in prima littera radicis, quae est Lamed. Quarta species est Defectiuorum Ghaiin, in quibus desideratur secunda littera radicis, quaecumque illa sit. Quinta species est Defectiuorū Lamed Nun. Denique sexta species est Defectiuorum Lamed Thau. De quibus omnibus ordine agendum est, dum animaduertas facile esse coniugare verba Imperfetta ei qui probe se exercuerit in Perfectorum coniugationibus.

### De Verbis Defectiuis Phe Nun.

Amittunt haec Verba inter coniugandum aliquoties primam litteram radicis, quae est Nun. In prima coniugatione Gal perdunt Nun in Infinituo, Imperatiuo, et Futuro. In Niphghal, in Praeterito, et Benoni. Praeterea in

**INSTITUTIONES**  
in coniugationibus Hiphghil, et Hophghal  
vbique deperditur Nun. In ceteris coniuga-  
tionib. et temporib. cū Perfectis conueniunt.

## Coniugatio Kal.

Præteritum.	begèséth	Futurum.
Appropinquat-	Kegéséth	Eggás
uit.	lagéséth	iiggás
Nagás.	miggéséth.	tiggás
Bexoni.	Imperativus.	
Nogés.	Gás	niggás
Paghul.	gesú	iiggesú
Nagús.	gesí	tiggesú
Infinitivus.	gásnah.	tiggás
Géseth		tiggesí
		tiggásnah.

Infinituo additur Thau littera in fine, quae quodammodo videtur compensare litteram amissam.

In Imperatiuo prima radicis amittitur sineulla compensatione, quia Daghesc initio non potest esse forte, nisi praecedat littera seruilis, eo quod Daghesc initio dictionis, vel post Secunda quiescens est lene. Observa imperatiuum plerumq. integrum esse.

Futurum ab Imperatiuo formatur, quod in defectum Nun habet Daghesc forte in secunda radicis.

Im-

Imperfæta Verba more Perfectorum inueniuntur, illa namq. tantum pro Imperfætis habenda sunt, quae Imperfæta esse ostendit scripturae usus, et autoritas. Quare nec Imperfæta quidē semper sunt Imperfæta, quia perfecte inueniuntur.

Rationis anomalias huius ordinis, ut aliorū Defectiuorum facilis, et perspicuae, sed a Grammaticis obscuratae, hanc tradit regulam Genebrardus. Litterae Iod, Nun, Alcph, He, et Lamēd, vbi perfecte coniugando ad praecedentē syllabam trahi debuerāt, absorbentur per Daghesc in Defectiuis, per motionem vero longam in reliquis. Sed Infinitiui, et Imperatiui Cal in Imperfætis Phe, absque ullo supplemento primam abiiciunt. Alia est ratio de Quiescentibus Ghaiin, et Duplicantibus, seu Defectiuis Ghaiin, quac priuatam habent rationem.

### Coniugatio Niphghal.

<i>Præteritum.</i>	niggesáh	niggasòth.
Niggás	niggást	<i>Infinitius.</i>
niggásta	niggastén.	Hinnagés.
niggásti	Benoni.	<i>Imperativus.</i>
niggesú	Niggás	Hinnagès.
niggastém	niggasím	Futurum.
niggafnu	niggasáh	Ennagés.

Nun

Nun, quod apparet in Praeterito, et Benodni, non est radicale, sed seruile, cuius defectum supplet Daghesc forte in secunda radicis. At in Infinitivo, Imperativo, et Futuro, Nun quod apparet, est radicale, et ideo perfecta sunt. Daghesc vero impressum huic primae litterae radicis, supplet defectum Nun characteristicae coniugationis. Daghesc enim semper indicat defectum litterae praecedentis, et non sequentis, paucis exceptis. Sed neque potuerunt haec verba in Infinitivo, Imperativo, et Futuro non esse perfecta, quia Daghesc non valet duas simul litteras compensare, hoc est, Nun characteristicam coniugationis, et Nun radicalem litteram.

### De coniugationibus Pighel, Pughal, et Hithpaghan.

Quia Daghesc non potest coniugationē formare, et simul deperditam litteram indicare, inde fit, ut coniugationes Daghessatae, Perfectae sint, et a forma Perfectorum nihil differant. Si enim abiicerent primam radicis, non esset locus alteri Daghesc, quo significaretur defectus litterae: vnum vero Daghesc non fungitur duorum officio, neque in unam litteram competit duo Daghesc. Itaque nihil immo-

ran-

Fāndū in his cōiugationib. si tantū animaduer-  
tas, inter Praeteritum Niphghal Defectiuorū  
Phe Nun, et Praeterit. Pighel eorundē, neq. in  
litteris, neq. in punctis esse aliquā differentiā,  
sed eā esse percipiendā e sensu ipsius cōtextus.

### De coniugatione Hiphghil.

Reliquae sunt in hac specie Defectiuorum  
Phe Nun, coniugationes Hiphghil, et Hoph-  
ghal, in quibus deest prima radicis.

Praet.	Higḡis	maggisōth.	Imper.	Hagḡés
bigḡasta		Paghul.		hagḡisu
bigḡasti		Muggás		hagḡisi
hagḡisu		muggasim		hagḡesnah.
higgastém		muggasáh, vel	Futur.	Agḡis
bigḡasnu		muggéseth		iagḡis
higḡisa		muggasóth,		tagḡis
higḡast		Infinitivus.		nagḡis
higgastén.		Hagḡés		iagḡisu
Benen.	Magḡis	behagḡis		tagḡisu
magḡisim		kehagḡis		tagḡis
magḡisáh, vel		lehagḡis		tagḡisi
magḡeseth		mehagḡis.		tagḡesnah.

### De coniugatione Hophghal.

Praeteritum.	hugḡasti	hugḡasnu
Hugḡas	hugḡesú	hugḡesáh
hugḡasta	huggastém	hugḡast

hug-

## 48 INSTITUTIONES

huggastēn.	<i>Infinitivus.</i>	nuggás
Benoni.	Huggés.	iuggesú
Huggás	<i>Futurum.</i>	tuggesú
huggasim	Vggás	tuggás
huggafáh	iuggás	tuggesi
huggafóth.	tuggás	tuggásnah.

## De Verbis Defectiuis Phe Iod.

Verba, quorum prima radicis est Iod, et secunda Tsade, sunt Defectiua Phe Iod, quae eandem rationem anomalias seruant in omnibus coniugationibus, et temporibus, atque Defectiua Phe ~~Iod~~<sup>non</sup>. Sunt autē in hac specie septē verba, ex quibus duo tantum, Ianach reliquit, et Lakaph circuiuit, non habent secundam radicis Tsade. Vtrumque inuenies in Hiphghil Psalmo xvii. secundum Hebraeos, primum verbu xiv. secundum versu ix. in qua sunt in usu, et si posterius inuenitur quoque in Hophghal.

Kal.	<i>Infinitivus.</i>	Benoni.
Praeteritum.	Tsébeth.	Nitsáb.
Stetit.	<i>Imperativus.</i>	<i>Infinitivus.</i>
Iatsáb.	Tsáb.	Hiiatséb.
Benoni.	<i>Futurum.</i>	Futurum.
Iotséb.	Etsáb.	Eiatséb.
Paghul.	Niphghal.	Hiphghil.
Iatsib.	Praet. Nitsáb.	Praet. Hntsib.
		Beno-

Benoni.	Futurum.	Benoni.
Matsîb.	Atsîb.	Hutsâb.
Paghul.	Hophghal.	Infinitiuus.
Mutsâb.	Præteritum.	Hutséb.
Infinit. Hatséb.	Hutsâb.	Futur. Vtsâb.

## De Verbis Defectiuis Phe Lamed.

Quae deficiunt in prima littera radicis, quae est Lamed, pertinent ad hanc speciem, in qua duae tantum sunt radices Lakách *accipere*, et Lathágh *euellere*: quarum posterior solum inuenitur in Praeterito Niphghal Iob cap. IV. v. x. Sicut scriptum est: et dentes leuicularū euulsi sunt, vel cōminuti. Prior radix Lakach frequentissima est in Bibliis, quae in Praeterito, Benoni, et Paghul perfecta est. Excipitur ipsa radix verbi, tertia persona Praeteriti, quae defectiua inuenitur, Kach, apud Ezechielem capite XVII. v. iv. et apud Hosseam cap. XI. v. III.

Infinitiuus, Imperatiuus, et Futurum coniugationis kal sunt Imperfecta, quae tamen omnino formantur ut in Defectiuis Phe Nun, et Phe Iod; verum Infinitiuus ab his differt punctuatione, quod tertia radicis sit Cheth, littera gutturalis.

E Con-

50 INSTITUTIONES  
Coniugatio Kal.

<i>Præt. Accepit</i>	<i>loqechah</i>	<i>qechû</i>
<i>Laqâch</i>	<i>loqechôth.</i>	<i>qechî</i>
<i>laqâchta</i>	<i>Paghul.</i>	<i>qâchnah</i>
<i>laqâchti</i>	<i>Laquâsch</i>	<i>Futurum.</i>
<i>laqechû</i>	<i>lequachîm</i>	<i>Eqqâch</i>
<i>leqachtém</i>	<i>lequachâh</i>	<i>iiqqâch</i>
<i>laqâchnu</i>	<i>lequachôth.</i>	<i>tiqqâch</i>
<i>laqechâh</i>	<i>Infinit.</i>	<i>niqqâch</i>
<i>laqâcht</i>	<i>Lâqoach, vel</i>	<i>iiqqechû</i>
<i>leqachtèn</i>	<i>qâchath, vel</i>	<i>tiqqechû</i>
<i>Benoni.</i>	<i>qechât.</i>	<i>tiqqâch</i>
<i>Loqéach</i>	<i>Imperatius.</i>	<i>tiqqechî</i>
<i>loqechîm</i>	<i>Qâch</i>	<i>tiqqâchnah.</i>

Reliquae cōiugationes perfectae sunt, præter tertiam personam Futuri Hophghal utriusque generis, nempe, Iuqâch, et Tuqâch.

De Verbis Defectiuis Ghaïin, quae vulgo Duplicantia dicuntur.

Haec tenus dictum est de his, quae deficiunt in prima littera radicis. iam dicendū de deficiētibus in secunda littera radicis, quae merito appellaueris Defectiua Ghaïin. vulgo Duplicantia verba dicuntur, quod in his duplicetur secun-


## HEBRAICÆ.

§ 1

secunda littera radicis, hoc est, eadem sit littera secunda, et tertia radicis. Haec si Duplicantia sint, et idcirco retineant secundam, et tertiam radicis, perfecte omnino coniugantur, eo quod tres litteras radicales habent expressas. Quod si supprimatur secunda littera radicis, tunc imperfecte coniugantur, et sunt Defectiva Ghaiin, quia amittunt secundam litteram radicis, sicut superiora Defectiva Phe Nun, Defectiva Phe Iod, et Defectiva Phe Lamed ideo dicuntur, quod primam litteram radicis amittant. Ea quorum secunda, et tertia radicis sunt similes, non sunt huius ordinis.

Abiiciunt autem secundam radicis, ut evitetur cacophonia, et parum suavis pronunciatio, quam eadem littera repetita efficeret; et in locum litterae deperditae succedit Daghesc forte, impressum tertiae litterae radicis, quod nō exprimitur nisi littera, vel syllaba aliqua adiiciatur post tertiam litteram radicis (quae semper manet) ex his litteris seruilibus, vel syllabis, quae formant casus Verbi, et personas constituant. Siquidem Daghesc forte in ultima littera dictionis non collocatur, quia officium suum praestare non potest, quod est litteram duplicare, et eius prolationem reddere duriorem. Pronunciatio vero durior consonantis eiusdem continuo repetitae in fine di-

E ij Etio-



ctionis molesta est, inusitata, et difficilis; quae  
*Begad che-* vt euitetur, vltimae litterae dictionum raro  
*phath en* habent Daghesc in litteris Begad, Chephath,  
*fin delo* (quae recipiūt Daghesc lene post Sceuā quie-  
*drio notinēscens, vel etiam in fine) dum non sint notatae*  
*Daghesc le* repuncto magno. Nam si afficiantur puncto  
*despres del* magno, et Daghesc, tunc in quibusdam indicat  
*sceua quies* illud Daghesc defectum tertiae litterac radi-  
*calis, vt in Defectiuis Lamed Thau.*  
*rent*

## Coniugatio Kal.

Praeteritum.	zabbáh	Imperat.	Zób
Circundedit.	zabbóth.		zóbbu
Záb	Paghul.		zóbbi
zabbótha	Zabûb		zubbénah.
zabbóthi	zebubîm	Futur.	Azób
zábbu	zebubâh		iazób
zabbothém	zebubôth.		tazób
zabbónu	Infinitius.		nazób
zábbah	Zób		iazóbbu
zabbóth	bezób		tazzóbbu
zabbothén.	kezób		tazób
Benoni.	Záb		tazóbbi
zabbîm	lazób		tezubbénah.
	mizzób.		

Paenultima praeteriti habet Holem cum ac-  
centu, praeterquam in tertiiis personis, quia  
accentus non potest consistere cum Sceuā,  
prac-

praesertim quiescente: quae ratio obseruatur  
in Niphghal, Hiphghil, et Hophghal.

Benoni habet Camets, quo differt a praeterito, et plerumque est Nomen adiectiuum. Illa namq. sunt proprie Participia, quae formam Verborum Perfectorum imitantur, non Imperfectorum. Differt vero Benoni singulare femininum a tertia persona feminina Praeteriti accentu. Etenim Benoni habet accentum in ultima, Praeteritum in paenultima.

Paghul perfectum est, ut distinguatur a Paghul Quiescentium Ghaiin Vau.

Post longam vocalem sequitur Daghese in hoc ordine, quia vocalis longa habet sub se accentum, et est dictio Milghèl, id est, quae habet accentum in paenultima.

In Futuro litterae Ethan habent Camets, quod coalescit ex puncto proprio earum litterarū, et Sceua primae litterae radicalis, quibus afficiendae erant litterae Ethan iuxta formā Perfectorum, ut ab integro et Perfecto Ezbob, sit Defectiuum Azob. In ultima persona Futuri, et in secunda plurali Imperatiui feminini generis, Holem mutatur in Kibbutz, quia Holem non habet accentum propter Daghesc forte quod sequitur. Accentus namque semper habet sedem in paenultima. Ac praeterea Thau pro Camets, habet Sceua.

INSTITUTIONES  
Coniugatio Niphghal.

<b>Præteritum.</b>	nezabbim	hizzâbbi
<b>Nazâb</b>	nezabbâh	hizzâbbenah.
<b>nezabbótha</b>	nezabbôth.	<b>Futurum.</b>
<b>nezabbóthi</b>	<b>Infinitius.</b>	Ezzâb
<b>nazábbu</b>	Hizzób	iizzâb
<b>nezabbothém</b>	behizzób	tizzâb
<b>nezabbónu</b>	kehizzób	nizzâb
<b>nazábbah</b>	lehizzób	iizzábbu
<b>nezabbóth</b>	mehizzób.	tizzábbu
<b>nezabbóthen.</b>	<b>Imperat.</b>	tizzáb
<b>Benoni.</b>	Hizzáb	tizzâbbi
<b>Nazâb</b>	hizzábbu	tizzâbbenah.

In Infinitiuo perditur Nun characteristica coniugationis, cuius defectū indicat Daghesc forte impressum primae radicis, eadem ratione, atque in Verbis Perfectis.

In secunda singulari masculina Imperatiui, et in Futuro potest esse Patach, vel Holeim, vt in Quiescentibus Ghaiin.

De coniugationibus Pighel,  
Pughal, et Hithpaghel.

Hac tres coniugationes non inueniuntur nisi Perfectae, quia unum Daghesc non potest formare

mare coniugationem, et defectum simul notare, neque eadem littera potest habere duplex Daghesc. Propter quam causam Passiva Pughal, et Hithpaghel sunt Perfectae. Atque ut vitetur cacophonia, ne eadem littera ter continuo repetatur, saepe Pighel formatur per Holam loco Daghesc, et Hirreq, ut Zobèb, pro Zibbèb, et ultima tunc afficitur Patach, fortasse ne concurrant haec Verba cum Pighel Quiescentium Ghaiin Vau, ut quidam conicant. Verum hac tres coniugationes, ne tres eadem litterae occurrāt, verius a quibusdam componuntur iuxta formam Quiescentium Ghaiin Vau, quae adeo sunt similia huic ordini Defectiuorū Ghaiin, ut facile confundātur, et indigeant cognitione radicis, et Thesauro.

In Hithpaghel prima littera radicis Zamech inseritur inter He, et Thau characteristicas coniugationis, ut dictum est in Hithpaghel Verborum Perfectorum.

### Coniugatio Hiphghil.

<i>Præteritum.</i>	hazibbōnu	mezibbîm
Hezéb	hezèbbah	mezibbáh
hazibbôthâ	hazibbôth	mezibbôth.
hazibbôthi	hazibbothén.	Paghul.
hezêbbu	Broni.	Muzáb
hazibbothêm	Mczéb	muzabbîm
	E iiij	mu-

muzabbáh	<i>Imperatiuus.</i>	tazéb
muzabbóth.	Hazéb	nazéb
<i>Infinit.</i> Hazéb	hazébbu	iazébbu
behazéb	hazébbi	tazébbu
qehazéb	hazébbnah.	tazéb
lehazéb	<i>Futur.</i> Azéb	tazébbi
mehazéb.	iazéb	tazébbnah.

Sub He characteristicā coniugationis habet Tserē quod conficitur ex Hirek eiusdem characteristicae, et Sceua primae radicalis, quibus debuerat affici perfecte coniugādo: seruaturq. Tserē in tertīis Praeteriti, ex quibus duae posteriores habent accentum in paenultima. In aliis personis Tserē mutatur in Hatéph Pātach, vel in Pātach ante gutturalem.

Tota fere coniugatio definit in Tserē, quo discernuntur haec Defectiua Ghaiin a Quiescentibus Ghaiin Vau: quod quidem Tserē ultimae seruatur in ceteris tertīis personis cum Daghēsc, et sine illo. In aliis personis Praeteriti vertitur in Hireq paruum sequente Daghēsc, et accentu, vt constet Hireq paruum, et Daghēsc, posita esse pro Hireq magno.

Benoni habet duo Tserē, vt differat a Quiescentibus Ghaiin Vau, quae habent Tserē, et Hireq magnum.

In infinitiuo He, habet Kamèts, quod formatur

tur ex Pátach ipsius He, et Sceuá primae litterae radicalis, quibus debuerant affici iuxta normam Perfectorum, iuxta quam Infinitiuus perfectus esset Hazbéb. Habet practerea Infinitiuus cū litteris Bachlam, sub yltimis Tseré, ut saepius in vocibus Futuri, quo distinguuntur a Quiescentibus Ghaiin Vau. Sed aliquando cum illis confunduntur, quia in litteris Bachlam habet Tseré. Eadem accidit confusio in Futuro, quia Infinitiuus, Imperatius, et Futurum Hiphghil indifferenter efferuntur per Hireq magnum, vel Tsere, ut dictum est in Perfectis. Sunt autem Tsere, et Hireq magnum puncta sororia, et germana; ut Holem, et Scureq. In Imperatio Daghesc sequitur post vocales magnas propter accentum, estque Daghesc in supplementum secundae radicis. Nam Daghesc inscribitur post vocalem magnam suffultam accentu.

Litterae Ethan in Futuro aliquando pro Ka mets habent Pátach sequente Daghesc. frequenter enim, et sine villa necessitate vocalis magna mutatur in paruam, et Daghesc, quod saepius locū habet in aliis ordinib. et coniugationib.

## Coniugatio Hophghal.

Praet. Huzáb	huzabbóthi	huzabbothém
huzabbótha	huzábbu	huzabbónu

E v Hu-

huzábbah	Futurum.	iuzábbu
huzabbóth	Vzáb	tuzábbu
huzabbothén.	iuzáb	tuzáb
	Infinitius.	tuzáb
Huzéb.	nuzáb	tuzábbi
		tuzábbnah.

Conuenit omnino tertia Praeteriti cū Quiescentibus Phe Iod, et Quiescentibus Ghaiin Vau, quae consulto Lexico distinguenda. In aliis personis discriminem est apertum propter Daghesc impressum tertiae radicis in defectum secundae. Scureq; vero factum est ex Kibbutz ipsius He, et Sceua primae radicis. Nam perfectum esset Huzbab.

Kibbutz sequente Daghesc inuenitur frequenter in Futuro sub litteris Ethan.

## De Defectiuis Lamed Nun, et Lamed Thau.

Absolutis Deficientibus in prima, et secunda littera radicis, iam agendum de his, quae deficiunt in tertia littera radicis, quae est Nun, vel Thau: defectumq; supplent, et indicant per Daghesc in littera seruili subsequete, quae sit eiusdem potestatis, id est, quae sit Nun, vel Thau, et continuata sequatur Nun, siue Thau radicale. Deficiunt igitur Defectiua Lamed Nun

Nun, et Lamed Thau, in omnibus coniugationibus, quando similis seruile littera sequitur Nun, vel Thau radicis, ne concurrant duae litterae eiusdem foni, et fugiatur cacophonia, atq. pronunciatio reddatur suauior. Sed quemadmodum duae radieales similes exprimuntur saepius, ita contingit in Defectiuis Lamed Nun, utramq. litteram radicalem, et seruilem similes adscribi.

### Coniugatio Kal, Defectiuarum Lamed Nun.

<i>Præteritum.</i>	tamānt	iitmōn
<i>Occultauit.</i>	temantēn.	titmōn
Tamān	<i>Imperativus.</i>	nitmōn
tamānta	Temón	iitmēnū
tamānti	timnū	titmenū
tamānnu	timnī	titmōn
temantēm	temōnnah.	titmenī
tamānnu	<i>Futurum.</i>	titmōnnah.
tamānnah	Etmōn	

תִּמְןָה

### Coniugatio Kal, Defectiuarum Lamed Thau.

<i>Præteritum.</i>	carātti	carethāh
<i>Pactum fecit.</i>	carethū	carāth
Carāth	gerattēm	gerattēn.
carātta	carāthnu	

כְּרַת

Haec

## 60 INSTITUTIONES

Haec Defectiva in tertia littera Thau, deficiunt tantum in Praeteritis omnium coniugationum in vocibus formatis adminiculo litterae Thau propter eam, quam reddidimus rationem.

Ceterum ex Defectiuis Lamed Nun, et Lamed Thau, libuit proponere exempla tantum in coniugatione Kal, quia cuius facile est elidere Nun, vel Thau radicale in omnibus locis omnium coniugationum, vbi cōcurrunt Nun radicale, et Nun seruile; Thau radicale, et Thau seruile, ne duae litterae similes concurrant, cum prior suppleatur per Daghesc impressum posteriori: alioqui perfecta sunt. Hanc etenus de verbis Defectiuis.

*quiescentia at  
littere quiescentes* De Verbis Quiescentibus.

Expositis omnibus ordinibus Verborum Defectiorum, ordine sequuntur Verba, quae ab Hebracis dicuntur Quiescentia, in quibus aliqua ex litteris Eheui, id est Aleph, He, Vau, et Iod, quiescit, et silet in puncto aliquo magno. Dupliciter autem potest quiescere littera, primo si fuerit scripta, et non pronūcietur: secundo, si non fuerit scripta, et potestate lateat, atque continetur in puncto magno. Sic vocantur Quiescentia, in quibus una e tribus radicalibus quiescit. Nam verba quae plures habent

# HEBRAICAE.

bent litteras Quiescentes, numeranda sunt in-  
ter Composita, de quibus suo loco dicendum.  
Praeterea ex quattuor litteris quiescentibus,  
quaedam quiescunt in principio, et fine, ut  
Aleph: quaedā in principio, et medio, vt Iod:  
aliae in medio tantum, vt Vau: aliae denique  
in fine, vt He: ex qua diuersitate oriuntur hi-  
diuersi ordines verborum Quiescentium, ni-  
mirum Quiescentium Phe Aleph, Quiescen-  
tium Phe Iod, Quiescentium Ghaiin Vau, vel  
Ghaiin Iod, Quiescentium Lamed Aleph, et  
Quiescentium Lamed He. Incipiendum igi-  
tur ab his quae quiescunt in prima littera ra-  
dicis, scilicet a Quiescentibus Phe Aleph.

Et si nō quibus locis  
sunt qui esce-  
tes.

X in prin*icipio*  
et fine,  
, in prin*icipio*  
et medi*o*.  
in medi*o*  
tan*um*.

alia*u*. in  
fine ut. II.

## De Quiescentibus Phe Aleph.

### Coniugatio Kal.

Præteritum.	achaltén.	Infinit. Achól
Comedit.	Benoni.	Ochél beechól
Achál	ochelím	keechól
achálta	ochéleth, <i>vel</i>	leechól
achálti	ocheláh	meechól.
achelú	ocheloth.	Imperatiu <i>s</i> .
achaltém	Paghul.	Achul Echól
achálnu	achulím	ichlú
acheláh	achuláh	ichlî
achált	achuloth.	echólnah.

Fkturū.	Ochál	nochál	tochál
iocchál		iochelú	tochelí
tochál		tochelú	tochálnah.

Totus hic ordo verborum Perfectorum coniugationem sequitur, praeterquam in Futuro primae coniugationis Cal, et aliis paucis vocibus, ut superfluum fere esset paradigmata huius ordinis proponere in sex posterioribus coniugationibus, nisi prima littera radicis, quae est gutturalis, in plerisq. earum assumeret Sceua compositum praecedente littera seruili, quia gutturalis auersatur Sceua simplex, pro quo assumit Sceua compositum. quod ne quēquam perturbaret, libuit integrum paradigmata proponere omnium coniugationum. Quae ratio est de Aleph prima radicis, eadem est de aliis gutturalibus primis radicalibus.

**V**ITRIN  
*guttralib.  
que vocis sup.*  
Est autem hic Canon in quattuor litteris gutturalib. obseruādus, ex Genebrardo in Isagoge Rabinica pag. xx. et xxij. vbi littera praecepit seruili praeposita primae radicali perfecte id que propter coniugando debuerat affici Hireq, vel Zegol, *guttralem*, sequente gutturali vt plurimum afficitur Ze- *qui afficitur* gol, vt in coniugatione Hiphghil, pro Hichil, *aphegi* dicimus, Hehechil. Rarius seruili habet Pá-tach, quando prima radicis est Ghain, vt pro Iighzéh, dicimus Iaghazch, faciet. Vbi vero lit-

littera seruili debuerat habere Qibbutz, vel  
**C**amets Hateph, dilabitur Secunda sequente gut-  
turali per Camets Hateph, ut pro, Mochál, di-  
cimus Maochál. Seruili namq. littera assūmit  
punctum cognatū puncto litterae gutturalis,  
cui præfigitur, quia litterae gutturales notant  
se, et præcedentes. Haec facilia redduntur me-  
ditatione, et exercitatione.

In Futuro Gal occultatur Aleph prima radī  
calis in prima persona, ne continuante concur-  
rat duplex Aleph seruile, et radicale, et occul-  
tatur in Holem, ut in reliquis vocibus, in qui-  
bus exprimitur Aleph, et non legitur.

## Coniugatio Niphghal.

Praet.	neechalim	heacheli
Neechál	neechalah	heachélnah.
neechálta	neechaloth.	Futurum.
neechálti	Infinitius.	Eachél
neechlù	Heachél	ieachél
neechaltém	beheachél	teachél
neechálnu	qeheachél	neachél
neechláh	leheachél	ieachelù
neechált	meheachél.	teachelù
neechaltén.	Imperat.	teachél
Benoni.	Heachél	teacheli
Neechál	heachelù	teachélnah.

In

In tertia plurali praeteriti, et in tertia feminina singulari eiusdem, eliditur Sceua e prima radicali, quia secunda radicalis habet Sceua compositum, ne duo Sceua continuata legantur. Idem accidit in praeterito Hophghal.

Litterae seruiles characteristicae Infinitiui, Imperatiui, et Futuri, habent Tsere, pro Hirreq, quia Aleph prima radicalis non potest recipere Daghesc. Supplendus autem fuerat hic defectus per vocalem magnam, quae acquiueret vocali breui, et Daghesc.

Pighel, Pughal, et Hithpaghel normam Verborum Perfectorum obseruant.

### Coniugatio Pighel.

<i>Praeteritum.</i>	<i>Paghul.</i>	<i>Imperatius.</i>
<i>Icqèl.</i>	<i>Meucqál.</i>	<i>Acqél.</i>
<i>Benoni.</i>	<i>Infinitius.</i>	<i>Futurum.</i>
<i>Meacqèl.</i>	<i>Acqél.</i>	<i>Aacqél.</i>

### Coniugatio Pughal.

<i>Praeteritum.</i>	<i>Infinitius.</i>
<i>Vcqál.</i>	<i>Vcqól.</i>
<i>Benoni.</i>	<i>Futurum.</i>
<i>Vcqál.</i>	<i>Aucqál.</i>

Con-

## Coniugatio Hiphghil.

<i>Praeteritum.</i>	maachiláh	<i>imper.</i> Haachél
Heechil	maachiloth.	haachilu
heechálta	Paghul.	haachili
heechálti	Maochál	haachélnah.
heechilu	maochalím	<i>Futur.</i> Aachél-
heechaltém	maochaláh	iaachél
heechalnu	maochaloth.	taachél
heechílah	<i>Infinitiuus.</i>	naachél
heechált	Haachél	iaachilu
heechaltén.	behaachél	taachilu
<i>Benoni.</i>	keaaachél	taachél
Maachél	leaachél	taachili
maachilím	mchaachél.	taachélnah.

## Coniugatio Hophghal.

<i>Praeteritum.</i>	haochláh	taochál
Haochál	haochált	naochál
haochálta	haochaltén.	iaochlú
haochálti	<i>Infinitiuus.</i>	taochlú
haochlú	Haochél.	taochál
haochaltém	<i>Futur.</i> Aochál	taochli
haochálnu	iaochál	taochálnah.

## Coniugatio Hithpaghel.

<i>Praeteritum.</i>	Ben. mithacqél. Imp. hithacqél.
Hithacqél.	Inf. Hithacqél. Fut. Ethacqél.

F De

36 INSTITUTIONES  
De Quiescentibus Phe Iod.

*distingensur ad aquietitatem gradus defectuum quia in defectu chius et siue est Tsade.* Secundum locum inter Quiescentia Verba obtinent Quiescentia Phe Iod, in quibus prima radicalis est Iod. Distinguuntur haec a Defectiis Phe Iod, quod Defectiua habeant secundam radicis Tsade, tum etiam et ratione coniugationis. In Defectiis namque deficit littera radicalis, cuius defectum supplet Da- ghesc forte; in Quiescentibus vero radicalis littera quiescit in vocali magna.

Coniugatio Kal.

Praet. Sedit	iosebáh	Imperat. Séb
<b>שׁ</b> Iasab	ioscbôth.	febû
iasábta	Paghul.	febî
iasábti	Iasûb	sébnah.
iasebû	iesubîm	Futur. Eseb
iesabtém	iesubáh	ieséb
iasabnû	iesubóth.	teseb
iasebáh	Infinitivs.	neséb
iasábt	Sébeth	iesebû
iesabtén.	besébeth	tesebû
Benoni.	kesébeth	teseb
Ioseb	Iasébeth	tesebî
iosebîm	missébeth.	tesébnah.

Coniugantur perfecte usq. ad Infinitivum, verum in Infinitivo, et Imperativo dimouetur pri-

prima littera radicis Iod, et additur Thau in fine, in supplementū quoddammodo primae radicis deperditae, vt in Defectiuis Phe Nun, et Phe Iod, et afficitur Infinitius dupliciti Zegol: quod si tertia littera sit gutturalis, utrumq. Zegol vertitur in geminum Patach. Seruat Infinitius aliquādo Iod, praesertim alteri verbo iunctum, vt Genesis XLIII. v. xix. Tarōd, Tarādnu, id est descendēdō descēdimus.

Imperatiuus in secunda radicis frequentius habet Tsere, in quo quiescit Iod prima Thematis, quo haec Quiescentia distinguuntur a Defectiuis. Hoc namq. interest inter Quiescentia, et Defectiua, quod in Defectiuis, defectus litterae indicatur per Daghesē forte, in Quiescentibus vero, prima Thematis quiescit in punto magno. Quae regula diligenter obseruanda, vt distinguas inter Defectiua, et Quiescentia, vt docet Elias Oratione secunda, Fundamento vi. numero ix. Sic litterae Ethan manifeste distinguunt, inter Defectiua, et Quiescentia, nam in Defectiuis afficiuntur Hirēq paruo sequente Daghesē, in Quiescentibus autē habent Tsere, in quo representantur Iod prima thematis quiescens. Rarius enim scribitur Iod, et tunc litterae Ethan, habent fere Hirēq.

Vnum est verbum, Iachōl, potuit, quod in

infinitius  
efficit dupliciti  
Zegol. quod  
3. littera su  
gutturalis.  
produci  
Zegol uer  
ittera in geni  
nū patach.  
ut **יְ**  
**תְּ**

quiescentia  
nū punctum  
gr. defictiu  
u. suppletive  
daghesē.

Quiescentia  
clara distin  
gut. interd  
fectiua et q.  
sciamus  
Defectiua  
afficit. His  
paruo sequit  
Daghesē  
quiescentia  
habent.  
Tsere

Futuro mutat Iod in Vau, et litterae Ethan  
fiunt mobiles per Scureq: Vchál, Iuchál, Tu-  
chál, etc.

### Coniugatio Niphghal.

Sit haec regula in hac specie Quiescentium:  
Si praecedēs seruīlis debuit perfecte coniugan-  
do notari Hirēq, vel Pátach, mutatur in Vau  
Holem: si debuit affici Hateph Kamets, vel Kib-  
buts, mutatur in Vau Scureq. In Niphghal,  
Hiphghil, et Hophghal mutatur Iod in Vau  
quiescens, vel mobile: alias perfecta sunt, atq.  
in toto Pighel, Pughal, et Hithpaghel, nihil  
distinguuntur ab ordine Perfectorum.

<b>Præteritum.</b>	<b>nosabim</b>	<b>hivuasebí</b>
<b>Nosáb</b>	<b>nosabah</b>	<b>hivuasébnah.</b>
<b>nosábta</b>	<b>nosabóth.</b>	<b>Futurum.</b>
<b>nosábti</b>	<b>Infinitius.</b>	<b>Euuaséb</b>
<b>noſebú</b>	<b>Hivuaséb</b>	<b>iiuuaséb</b>
<b>nosabtém</b>	<b>behivuaséb</b>	<b>tiuuaséb</b>
<b>nosábnu</b>	<b>kehivuaséb</b>	<b>niuuaséb</b>
<b>noſebáh</b>	<b>lehivuaséb</b>	<b>iiuuasebú</b>
<b>nosábt</b>	<b>mehivuaséb.</b>	<b>tiuuasebú</b>
<b>nosabtén.</b>	<b>Imperatiuus.</b>	<b>tiuuaséb</b>
<b>Benoni.</b>	<b>Hivuaséb</b>	<b>tiuuasebí</b>
<b>Nosáb</b>	<b>hivuasebú</b>	<b>tiuuasébnah.</b>
<b>In praeterito, et Benoni Iod prima Themat-</b>		
<b>tis</b>		

tis mutatur in Vau Quiescens, quia ex litteris Eheui, facile vna transit in aliam. Cetera tempora habent Vau mobile, id est Infinitiuus, Imperatiuus, et Futurum, vt possit recipere Daghesc forte, quod ostendat defectum litterae Nun characteristicae Niphghal. Neque enim potuit esse Vau Quiescens, quod littera Quiescens auersetur Daghesc.

### Coniugatio Pighel.

<i>Praeteritum.</i>	<i>Paghul.</i>	<i>Imperatiuus.</i>
Iisséb	Meiussáb.	Iasséb.
Benoni.	Infinitiuus.	Futurum.
meiasseb.	Iasséb.	Aiafseb.

### Coniugatio Pughal.

<i>Praet.</i> Iussáb.	<i>Infinitiuus.</i>	<i>Futurum.</i>
Benoni. Iussáb.	Iussòb.	Aiußáb.

### Coniugatio Hiphghil.

<i>Praeteritum.</i>	hosábt	musabim
Hosib	hosabtén	musabah
hosábta	Benoni. Mosib	musaboth.
hosábti	mosbim	infinit. Hoseb.
hosíbu	mosibah.	behosib
hosabtém	mosiboth.	kehosib
hosábnu	Paghul.	lehosib
hosibah	Musáb	mehosib.
	F iij	Im-

70 INSTITUTIONES

<i>Imperatiuus.</i>	<i>Futurum.</i>	<i>iosibū</i>
Hoséb	Osib	tosibū
hosibū	iosib	tosib
hosibi	tosib	tosibi
hosèbnah.	nosib	tosébnah.

In hac coniugatione, et sequenti Hophghal per omnia tempora Iod prima thematis mutatur in Vau quiescens, ut in Niphghal, vel expresse quiescit in Tscere; vt Hctib, id est, benefecit.

### Coniugatio Hophghal.

<i>Praet.</i> Husáb	husábt	tusáb
husábta	husabtēn.	nusáb
husábti	<i>Infinitiuus.</i>	iusebū
husebū	Husēb.	tusebū
husabtēm	<i>Futurum.</i>	tusáb
husábnu	Vsáb	tusebi
husebáh	iusáb	tusábnah.

### Coniugatio Hithpaghel.

<i>Praeteritum.</i>	<i>Imperatiuus.</i>
Hithiaßéb.	Hithiaßéb.
Ben. Mithiaßéb	<i>Futurum.</i>
<i>Infinitiuus.</i>	Ethiaßéb.
Hithiaßéb.	

Con-

Haec non distinguitur a Perfectis, praeterquam quod interdum ex permutatione litterarum Eheui, prima Thematis mutatur euphoniae gratia in Vau mobile: Nulla tamen littera quiescit, vel deficit.

## De Quiescentibus Ghaïin Vau.

Quiescentia verba in prima radicis, sequuntur quae quiescunt in secunda radicis; et dicuntur Quiescentia Ghaïin Vau, vel Ghaïin Iod, quod in his secunda littera radicis, Vau, vel Iod quiescat, et aliquando Aleph, quod factum ex Vau secunda littera radicis. Nam secunda radicis cum sit vna ex quiescentibus litteris, non potest exprimi ut in Perfectis, exceptis paucis, et his, in quibus tertia littera radicis est He, in quibus secunda littera radicis Vau, mouetur. Haec verba variant a Perfectis; siccirco singula fere tempora in his sunt expendenda.

## Coniugatio Kal.

Præteritum.	bantem	banim
Intellexit.	bannu	banah
Bán	bánah	banoth.
bánta	bánt	Paghul.
bánti	bantén.	Bún
bánu	Benoyi.	Bán bunim
	F iiiij	bu-

bunáh	<i>Imperat.</i>	Bûn tabûn
bunôth.	bûnu	nabûn
<i>Infinit.</i> Bûn	bûni	iabûni
bebûn	bûnnah.	tabûnu
kebûn	Fûturum.	tabûn
labûn	Abûn	tabûni
mibbûn.	iabûn	tabûnnah.

Triplex est forma praeteriti; prima, per Kamets, vt Ban; intellexit, secunda quorundam quae exeunt in Tsere, vt Mêth, mortuus est; tertia quorundam quae desinunt in Holem, vt Or, illuxit. Quae sunt secundae formae hoc modo coniugantur, Mêth, mâtta, mâttri, méthu, mattém, mâthnu, méthah, mât, matén: in quo in his personis in quibus debuit concurrere Thau radicale cum Thau seruili, absorbetur Thau tertia radicis in Daghesc, atq. hoc in prima persona singulari; et secunda utriusque generis, et numeri praeteriti, vt merito possit appellari hoc Verbū, ex quiescentibus Ghaiin Vau, et ex defectiis Lamed Thau, de quibus diximus. Confule Quinquarboreū pag. cxiii. Quae sunt tertiae formae sic coniugātur. Or, ôrta, órti, òru, ortém, òrnú, órah, ort, ortén.

Praeteritum singulare primae formae habet Kamets, quo significatur Vau quiescens, quamuis Kamets non solet representare Vau quiescens

scens, sed Aleph. Vide Eliam oratione secunda, Fundamento. vii. num. iii; et Iohannem Isaacum pag. lxxxxi. Differunt haec a Defectiis Ghain, quia Defectua habente Patach, haec vero Kamets, quae est forma visitatissima horum Quiescentium, iuxta quam reliquae duae formae, per Tsere, et Holem coniugari possunt, nam ubi in prima forma manet Kamets, ibi in secunda, et tertia forma manent Tsere, et Holem.

In tertii personis Praeteriti, secunda radicis Quiescens, ostenditur per Kamets, quo afficiuntur prima radicis. Ceterum prima forma per Kamets, et secunda per Tsere in sex reliquis vocibus Praeteriti transiunt in Patachi, ne sequens Scenit in mobile fiat. Nam si requiras de tertia forma, ubiq. retinet suum Holem. Tertia pluralis habet accentum in paenultima, paucis exceptis, quo distinguitur a Quiescentibus Lamed He, in quibus fere haec vox habet accentum in ultima. Tertia quoque feminina habet accentum in prima, ut distinguatur ab iisdem Quiescentibus Lamed He, et a suo ipius Benoni feminino.

Benoni nihil differt a tercia Praeteriti, vel radice, ideo pro ratione contextus, vertendum est per Praeteritum, vel Participium. C. 1. 101  
Paghul, Infiniti, et Imperat. veniunt cū Scireq.

In Infinitiuo Lamed habet Camets, quia iungitur dictioni paruae.

In Futuro litterae Ethan habent Camets, et Futurum exit in Scuréq, vel Holem, vel in Qibbutz, quia haec pūcta inter se cōmutantur.

### Coniugatio Niphghal.

Præt. Nabón	nebonim	hibbóni
nebunótha	nebonáh	hibbónnah.
nebunóthi	nebonóth.	Futur. Ebbón
nabónu	Infin. Hibbón	iibbón
nebunothém	behibbón	tibbón
nebunônu	qehibbón	nibbón
nabónah	lehibbón	iibbónu
nebunôth	mehibbón.	tibbónu
nebunothén.	Imperativus.	tibbón
Benoni.	Hibbón	tibbóni
Nabón	hibbónu	tibbónnah.

In praeterito Nun habet Camets in tertia persona vtriusq. generis et numeri, (rarissime Tere) quod in aliis personis praeteriti mutatur in Sceua, ne in eadem dictione concurrant tot puncta magna, vel quia in quibusdam mutatur accentus a paenultima in ultimam.

Haec coniugatio exit in Holem, ut distinguitur a Defectiuis Phe Nun, et a Defectiuis Ghain, quod Holem retinetur tantum in tertiiis

tiis personis: nam in aliis ne concurrat duplex Holem, mutatur in Scureq ad vitandam caco-phoniam, paucis exceptis.

Infinitiuus, Imperatiuus, et Futurum, sub seruilibus assumunt Hireq, vt Perfecta. Ex permutatione litterarum Eheui, contingit sapius, vt Vau migret in Iod, et Iod in Vau.

## Coniugatio Pighel, siue Poghel Quadrata.

<i>Præteritum.</i>	<i>mebonéth.</i>	<i>Imper.</i>	<i>Bonén</i>
<i>Bonén</i>	<i>mebonenáh</i>	<i>bonenú</i>	
<i>bonánta</i>	<i>mebonenóth.</i>	<i>bonení</i>	
<i>bonánti</i>		<i>Paghul.</i>	<i>bonennah.</i>
<i>bonenú</i>	<i>Mebonán</i>	<i>Futur.</i>	<i>Abonén</i>
<i>bonantém</i>	<i>mebonaním</i>	<i>iébonén</i>	
<i>bonánnu</i>	<i>mebonanáh</i>	<i>tébonén</i>	
<i>bonenáh</i>	<i>mebonanóth.</i>	<i>nebonén</i>	
<i>bonánt</i>	<i>Infinit.</i>	<i>Bonén</i>	<i>iébonenú</i>
<i>bonantén.</i>	<i>bebónén</i>		<i>tébonenú</i>
<i>Benoni.</i>	<i>kebonén</i>		<i>tebonén</i>
<i>Mebonén</i>	<i>lebonén</i>		<i>tebonení</i>
<i>mebonením</i>	<i>mibónén.</i>		<i>tebonennah.</i>

A quibusdam haec Coniugatio dicitur Quadrata, a numero quattuor litterarum: quam putant formari littera Vau inserta post pri-  
mam

mani radicis. Elias tamen Leuita Oratione ii.  
Fundamento iix. num. i. et in Scholiis ad pri-  
mā partē Michlol Dauidis Camhii, fol. cxliii,  
pag. ii. Michlol Hebraici, vbi citat librū suum  
Electum, probat Coniugationem Quadratam  
regulariter non inueniri, aut certe in paucis  
Verbis, contra eos, qui censuerunt quaedam  
exempla inueniri in coniugatione Quadrata.  
Sane testatur Elias doctiores confutare horum  
opinionem, neque habendam esse rationem ex  
tribus locis, quae illi proferunt, Iob ix. et xi.  
et Psalmo centesimo primo, cum alia praeter-  
ea non inueniantur: sunt namque illa omnino  
irregularia, aut composita, de quibus extat li-  
bellus Compositionis ab eodem Elia editus.  
Neque obstat, quod in ordine horum Quie-  
scientium haec Coniugatio videatur Quadratā,  
quasi constet quattuor radicalibus litteris.  
Siquidem haec sunt de Coniugatione Pighel  
Daghessata, non de Quadratā, quia in his Vau  
est littera Quiescens, et ideo fieri non potest,  
ut more coniugationis Pighel dagheffetur, cū  
Daghesc numquam ponatur in littera Quie-  
scente, sed eius loco duplicitur tertia radicis.  
Quod diligenter est obseruandum. Nam si  
Daghesc duplicat litteram secundam radicis,  
cur quando Daghesc non habet locum, ut hic  
propter Vau Quiescens, non valebit duplicare

ter-

tertiam litteram radicis? Adhuc manifestius  
hoc apparet ex litteris, quae seruiunt Partici-  
piis, et Futuro, quae afficiuntur Sceua, ut in  
Pighel, et ex coniugatione Hithpaghel, in qua  
duplicatur tertia radicis loco puncti Daghes:.  
et ex eo, quod coniugationem, quam illi Qua-  
dratam dicunt, saepenumero inueniamus tran-  
situam, ut Pighel. Et haec quidem de senten-  
tia Eliac Leuitae Germani, quem recentiores  
fere sequuntur, Iohannes Campensis in suis  
collectionibus ex Elia, pag. 67. et 68. Cle-  
nardus, Iohannes Isaacus, pag. 97. Quinquar-  
boreus, Genebrardus, et is qui ex omnibus col-  
legit institutiones ad sacrum Apparatum Ope-  
ris Regii, dum agit de Hithpaghel, cum aliis  
pluribus. Sed ab his recedunt Dauid Kamhius  
in prima parte sui Michol Hebraici fol. 143.  
pag. 2. Moses Kamhius, et vetustiores He-  
braei, quorū meminit Abram Balmēsis in suo  
Peculio, cum quibus sentiunt auctor introdu-  
ctionum Hebraicarum in Bibliis Complutens-  
ibus, fol. xi. Xantes Pagninus institutionum  
lib. III. cap. iv. et v. et liv. Iohannes Reuchli-  
nus, pag. liv. Iohannes Mercerus in notis ad  
Clenardum, Rodolphus Baynus in Compen-  
dio ex Camhio, et Robertus Belarminus Car-  
dinalis pag. 66. usque ad 69, et iterum pag.  
85. suarum institutionum ultimae editionis

Plan.

## 38 INSTITUTIONES

Plantinianae, maxime quod quaedam Perfecta  
in hac forma inueniantur, et aliis de causis,  
quas non est animus in medium proferre.

Quaecumque igitur tandem sit haec coniugatio, siue Pighel Quiescentium Ghaiin Vau, ut censuit Elias, siue Poghel Quadrata, ut veteriores voluerunt, habet significationem verborum communium apud Latinos. Pighel nāque, et Pughal, voce sunt eadem, significatione diuersa: hac tantummodo differentia, quod in vocibus passiuis, haec coniugatio exit in Patach, vel Gamets, in actiuis in Tsere.

## Coniugatio Hiphghil.

<i>Præt.</i>	Hebin	hebantēm	Infinitius.
	habinōtha	hebānnu	Habén
	habinōthi	hebīnah	behabīn
	hebīnu	hebānt	qehabīn
	habinothém	hebantēm	lehabīn
	habinōnu	Benoni. Mebin	mehabīn.
	hebīnah	mebinim	Imperat. Habén
	habinōth	mebináh	habīnu
	habinothèn,	mebinóthi.	habīni
<i>Vel per Tsere. Paghul.</i>		habennah.	
	Hebin	Mubān	Futurum.
	hebanta	mubanim	Abīn
	hebanti	mubanah	iabīn
	hebīnu	mubanōth.	tabīn

nabîn tabînu tabîni  
iabînu tabîn tabènnah.

Habet Hiphghil in his Verbis eandem significationem cū Pighel, vt Qomém, et Heqim.

He, symbolum coniugationis habet Tsere in tribus tertiiis personis Praeteriti, et prima radicis habet Hireq. in reliquo Praeterito mutata sede accentus mutatur aliquando Tsere, quo supplebatur secunda radicis, in Hateph Patach, vel in Hateph Zegol, vel in Patach, si prima fuerit gutturalis.

Potest formari Praeteritū Hiphghil in hoc ordine per Tsere perpetuum sub He, characteristica coniugationis, iuxta propositum paradigm. sed hic flexus magis accedit ad Verba Perfecta.

Tsere, vel Camets, sub litteris seruilib. in hac Coniugatione, fiunt ex punto paruo, et Secunda, quo debuerant affici perfecte coniugando.

Hireq index Coniugationis mutatur facile in Tsere, quia sunt puncta germana. Si tamen ultima radicis sit Cheth, Ghain, vel Resc, Iod mutatur in Patach.

In Praeterito rarius, in Infinitivo, et Imperativo frequentius inueniuntur Verba huius Coniugationis sine He characteristica.

Litterae Ethan cū debuissent habere Tsere, secundum regulam generalem, quia Mem Boni

noni habet Tsere , tamen effertuntur per Camets, ne concurrant haec Verba cū Quiescentibus Phe Iod , quae in coniugatione Gal sub litteris Ethan , et in secunda radicis habent Tsere . Cumq. Tsere, et Hireq magnum in secunda syllaba Hiphghil, in Infinitiuo, Imperativo, et Futuro indifferenter inueniantur, debuerunt in hac Coniugatione litterae Ethan habere Camets, ut discrimen aliquod appareret.

### Coniugatio Hophghal.

<i>Praeteritum.</i>	hubenáh.	tubán
Hubán.	hubánt	nubán
hubánta.	hubantén.	iubenu
hubánti.	hubantém.	tubenu
hubenú	Hubén.	tubán
hubantém.	Futur. Vbán	tubení
hubánnu.	iubán	tubánnah.

Habet Scureq , quod interdum resolutur in Qibbutz, et Daghesch in prima radicali, ex quo Qibbutz, et Sceua factum fuerat Scureq : nam perfectum fuisset Hubian. Sub secunda syllaba habent Patach, quia traiiciunt Tsere litterae Vau quiescentis ad primam syllabam longam , quae notatur quies horum Verborum. Concurrunt haec cum Quiescentibus Phe Iod , ideo consulto Thesauro sunt distinguenda.

Con-

## Coniugatio Hithpaghel.

Praeter. Hithbonēn	lehithbonēn
hithbonánta	mehithbonēn.
hithbonánti	Imperatiuus.
hithbonenū	Hithbonén
hithbonantēm	hithbonenū
hithbonánnu	hithbonenī
hithbonenáh	hithbonènnah.
hithbonánt	Futurum.
hithbonantēn.	Ethbonēn
Benoni. Mithbonēn	iithbonén
mithbonením	tithbonén
mithbonéneth, vel	nithbonén
mithbonenáh	iithbonenū
mithbonenóth.	tithbonenū
Infinit. Hithbonén	tithbonén
behithbonén	tithbonenī
kehithbonén	tithbonénnah.

Formatur a Pighel praefixis charact eristicis coniugationis He, et Thau: propterea duplicatur tertia radicis propter Daghesc forte, quod debuerat ponи in secunda radicis, eodem profus modo atque in Pighel.

Rara sunt quae suscipiunt Iod mobile pro Vau, ex permutatione litterarum Eh cui.

In Futuro cliditur euphoniae, et breuitatis

G cau-

causa aliquando littera Thau symbolum coniugationis, in cuius defectum daghetatur prima radicis.

## De Verbis Quiescentibus Ghaiin Iod.

Proxima species Quiescentibus Ghaiin Vau, est eorum quae quiescunt in secunda radicis, quae est Iod, quia conueniunt cum Quiescentibus Ghaiin Vau, praecipue in coniugatione Hiphghil, vel propter rationem Arbenezrae, quia Vau, et Iod sunt litterae commutabiles, adeo ut quaedam, quorum secunda radicis in Kal est Vau, in Pighel mutent illud in Iod mobile. Quod attinet ad flexum horum verborū, conueniunt cum ordine Quiescentium Ghaiin Vau, praesertim in coniugatione Hiphghil, ut non amplius in his sit immorandum. Exempla Quiescentium Gaiin Iod sunt, Til, proiecit, Mir, mutauit; Riq, euacuauit.

## De Verbis Quiescentibus Lamed Aleph.

Expositis speciebus Verborum Quiescentium in prima, et secunda littera radicis; proponamus nunc ea, quae quiescunt in tertia littera radi-

radicis. Quattuor vero cum sint litterae Eheui quiescentes, ex his tantummodo duas possunt terminare radicem apud Hebraeos, nimirum Aleph, et He; nam radices Hebraicae non excidunt in Vau, vel Iod. Ex quo fit, ut duo tantummodo ordines Quiescentium in tertia oriantur, Primus Quiescentium Lamed Aleph, Secundus Quiescentium Lamed He, quae tertiam radicis expressam, vel occultatam in vocali magna dissimulant inter pronunciandum. Ut ergo hic ordo magnam habet inter se affinitatem, quia Aleph, et He, frequenter inter se commutantur.

Primus ordo Quiescentium Lamed Aleph a Perfectis hoc differt, quod Aleph tertia radicis quiescit in omnibus modis, et temporibus omnium coniugationum, exceptis vocibus, in quibus post Aleph sequitur una ex litteris Heui, ו נ ת, quae perfectae sunt, et habent Aleph mobile.

### Coniugatio Kal.

Præct. Inuenit.	Infinitius.	iimtsâ
Matsá	Metsôth	timtsâ
matsâtha.	bimtsóth.	nimtsâ
Benoni.	Imper. Metsá	iimtseû
Motsé	mitsâ	timtseû
motscîm.	mitsî	timtsâ
Paghul. Matsú	metsénah.	timtséî
metsuîm.	Futur. Emtsâ	timtséna.

G ij      Quie-

מ נ ת

Quiescentia Lamed Aleph, et Lamed He, praecedit Kamets, contra morem Perfectorum, quia litteras Eheui quiescentes nullum potest praecedere punctum breue, praeter Zegol.

Benoni definit in Tsere paucis exceptis, quae inueniuntur cum Zegol. Infinitiu*i* huius ordinis, in quibus haec magis differunt a Perfectis, formantur addito Thau in fine, quod huic ordini est imprimum, et mutuatum ex Quiescentibus Lamed He, cum quibus saepius hic ordo confunditur, quod duae litterae Aleph, et He sint eiusdem pronūciationis, et permutabiles. Saepius tamen Perfectorum legē sequuntur.

Aleph quod in Praeterito Cal quiescit post Kamets, et in aliis cōiugationibus post Tsere, in Imperatiuis, et Futuris pluralibus quiescit post Zegol.

### Coniugatio Niphghal.

*Pract.* Nimtsā behimmatsòth.

nimtsètha. Imperatiu*s*.

*Benoni.* Nimtsā Himmatsè  
nimtsâim. himmatseū.

Infinitiu*s*. Futurum. Emmatsè

Himmatsóth iimmatsè.

Infinitiu*s* venit etiam cum characteristica coniugationis Nun, et cum Holcm, more Perfectorum, ut Nikró, n. Samuel. i. v. vi.

In

In coniugationibus sequentibus Pighel, Pughal, et Hithpaghel, duplicandum est Tsade propter Daghesc, quia haec omnes Coniugationes sunt Dagheffatae.

### Coniugatio Pighel.

Praet. Mitsé	Pag. Memutsà	Imperat. Matsé
mitsétha.	memutsâim.	matséu.
Ben. Mematsè	Infin. Matsòth	Futur. Amatsè
mematseim.	bematsóth.	iematsé.

### Coniugatio Pughal.

Præteritum.	Benoni.	Infin. Mutsóth.
Mutsà	Mutsà	Futur. Amutsâ
mutsèta.	mutsâim.	iemutsá.

### Coniugatio Hiphghil.

Præt. Himtsî	Pagh. Mumtsâ	Imperatiuus.
himtsétha.	mumtsaiim.	Hamtsé
Benoni.	Infinitiuus.	hamtsiu.
Mamtsî	Hamtsóth	Futur. Amtsî
mamtsiim.	behamtsóth.	iamtsî.

Saepe confunditur haec Coniugatio cū Quiescentibus Lamed He.

### Coniugatio Hophghal.

Præt. Homtsá	Infinitiuus.	Futur. Omtsâ
homtsétha.	Homtsóth.	iomtsâ.
		G iij Con-

# INSTITUTIONES Coniugatio Hithpaghel.

Præter. Hithmatsè	behithmatsòth.
hithmatsétha.	Imperativus.
Bekoni. Mithmatsé	Hithmatsè
mithmatseim.	hithmatseù.
Infinitius.	Futur. Ethimatsè
Hithmatsòth	iithmatsé.

## De Quiescentibus Lamed He.

In hac specie ubi littera He, perfæcte coniungando debuit trahi per Secua, aut expresse quiescit, ut in secūdis, et primis personis Praeteriti omnium coniugationum, aut vertitur in Iod mobile, ut in Paghul primæ coniugationis. Verum ante litteras Heui, ubi trahi non debuit, labitur per contractionem quandam, praeterquam in tertia feminina Praeteritorū omnium, in qua He tertia radicis mutatur in Thau, facta accessione alterius He indicat feminini generis, ne coincidat cum tertia persona masculina Praetectorū. Quare Elias Oratione 11. Fundamento x. num. 1. obseruat in his tertiam radicis, vel quiescere, ut in themate, vel abscondi, vt Galū; vel conuerti in Thau raphatum, vt Galetháh; vel conuerti in Iod quiescens, vt Galithi. Quattuor tamen sunt radices

dices, in quibus tertia radicalis cum sit He, nū-  
quā quiescit, Gabah, eleuatus est; Chamāh, cō-  
cupiuit; Nagāh, splenduit; et Tamāh, admira-  
tus est, quae duplii symbolo deprehenduntur  
esse Perfecta, et non de hoc ordine: primū est,  
quia retinent puncta Cunets, et Patach in the-  
mate, ut Perfecta. Secundum est, quod habent  
punctum Mappiq in tertia radicis, quod de-  
monstrat He non quiescere.

## Coniugatio Kal.

<b>Praeteritum.</b>	goláh	<b>Imper.</b> Geléh
<b>Reuclauit.</b>	gold̄th.	gelú
<b>Galah.</b>	Paghul.	geli
<b>galitha</b>	Galuî	gelénah.
<b>galithi</b>	geluiîm	<b>Futur.</b> Egléh
<b>galù</b>	geluiáh	iiglēh
<b>gelithém</b>	geluiðth.	tiglēh
<b>galínu</b>	infinitius.	niglēh
<b>galethah</b>	Gelðth	iiglû
<b>galith</b>	biglóth	tiglû
<b>gelithèn.</b>	qiglóth	tiglèh
<b>Benoni.</b> Goléh	liglðth	tigli
<b>golím</b>	miggelóth.	tiglénah.

Iod Praeteriti in omnibus coniugationibus  
quiescit; in Cal post Hireq; in Niphghal, Pu-  
ghal, et Hophghal, post Tsere; in Pighel,

G iiiij      Hiph-

Hiphghil, et Hithpaghel post vtrumque pun-  
gum, etsi Pighel frequentius assumit Hireq,  
Hiphghil vero Tsere.

In personis quae desinunt in Scureq, cum  
abiiciatur He, abiicitur consuetudine Hebrae-  
orum, qua si tollitur littera e medio, abiecto  
suo punto proprio, assumit punctum sequen-  
tis litterae sublatae praecedēs littera, vt Galū,  
pro Galehū. Idem fit in Benoni, quod exit in  
Zegol, nisi iungatur dictioni paruae, vel ha-  
benti accentum in paenultima.

In Paghul He vertitur in Iod mobile, per  
omnes personas, et pūcta sunt ut in Perfectis.

Infinitiuuscum litteris Bachlam terminatur  
in, oth, quae forma sine litteris Bachlam est  
rarior, quia frequentissima est per Camets, et  
Holem, si adsit geminatio Verbi, vt Raòh rai-  
thi, Videndo vidi. Nam si Verbum non ge-  
minetur, habet Sceua, et Holem, ut in Per-  
fectis.

In omnibus Imperatiuis He quiescit in Tsé-  
re, in Futuro vero quiescit in Zegol. Saepius  
autem in Futuro excidit He, cum Vau conuer-  
siuo, et retrahitur accentus in paenultimam;  
quod accidit in aliis Coniugationibus praeter  
Pughal, et Hophghal.

Aliquando litterae Ethan habent Hireq, vel  
Tsere, vel Patach.

Con-

## Coniugatio Niphghal.

<i>Praeteritum.</i>	niglîm	higgalî
<i>Niglah</i>	niglah	higgalénah.
<i>niglètha</i>	niglóth.	Futurum.
<i>niglèthi</i>	<i>Infinitius.</i>	Eggaléh
<i>niglû</i>	Higgalóth	iiggaléh
<i>niglethém</i>	behiggalóth	tiggaléh
<i>niglènu</i>	kehiggalóth	niggaléh
<i>niglethâh</i>	lehiggalóth	iiggalû
<i>nigléth</i>	mehiggalóth.	tiggalû
<i>niglethén.</i>	<i>Imperatius.</i>	tiggaléh
<i>Benoni.</i>	Higgaléh	tiggalî
<i>Niglèh</i>	higgalû	tiggalénah.

In tertia masculini generis omniū Praeteritorum retinetur He quiescens in Camets.

In infinitiuo per omnes coniugationes aliquando locum habet forma imperatiui. Quiescit He, in Zegol, vt in omnibus Futuris. Aliquando excidente He tertia radicis excidit simul Zegol, vt in Imperatiuo, seruatis tantum prioribus syllabis, vt Tiggál, reuelabitur.

## Coniugatio Pighel.

<i>Præt.</i>	Gillâh	gillîthi	gillithém
	<i>gillîtha</i>	gillû	gillînu
		G v	gil-

90	INSTITUTIONES	
gillethâh	megullâh	gallênah.
gillîth	mcgallôth.	Futurum.
gillithèn. Benoni.	Infinit. Gallóth Agallèh	
Megalléh	begallôth	iegalléh
megallîm	qegallôth	tegalléh
megallâh	legallôth	negalieh
megallôth.	miggalloth.	iegallû
Paghul.	Imperatiuum.	tegallû
megulléh	Gallèh	tegalléh
megullîm	gallû	tegalli
	gallî	tegallènah.

Praeteritum indifferenter reperitur cū Hirrcq, vel Tfcre.

Infinitus habet formam Imperatiui, Gallèh, praccipue Verbo geminato.

In Imperatiuo perditur tertia radicis aliquando in Pighel, Hiphghil, et Hithpaghel, propter frequenter usum, ut Tfau, praccipe, pro Tfauéh. Idem accidit in Futuro omnium Coniugationum, praeterquam in Pughal, et Hophghal, quae non patiuntur defectum He radicalis; Cum defectu vero He tertiae radicis tam in Imperatiuis, quam in Futuris retrahitur accentus ab ultima in paenultimam. Ceterum in Imperatiuis Cal, et Niphghal, non excidit He tertia radicis.

Con-

## Coniugatio Pughal.

<i>Præt.</i> Gullâh	gullethén.	iегulléh
gullétha		<i>Beno.</i> Gulléh
gulléthi	gullîm	tegulléh
gullû	gullâh	iегullû
gullethém	gullóth.	tegullû
gullénu	<i>Infinitius.</i>	tegulléh
gulletháh	Gullôth.	tegullî
gulléth	<i>Fut.</i> Agulléh	tegullénah.

Prima vox Praeteriti inuenitur cum Hateph Kamets, et cum Holem, si secunda non sit capax Daghesc. In reliquo praeterito He, ut plurimum quiescit in Tfere, rarius in Hircq.

## Coniugatio Hiphghil.

<i>Præt.</i> Higlâh	maglôth.	haglî
higlètha		<i>Pag.</i> Muglêh
higléthi	muglîm	haglénah.
higlû	mu glâh	<i>Futurum.</i>
higlethém	mu glôth.	Agléh.
higlènu	<i>Inf.</i> Haglôth	iagléh
higletháh	behaglôth	nagléh
higléth	kehaglôth	iaglû
higlcithén.	lehaglôth	taglû
<i>Ben.</i> Maglêh	mehaglôth.	tagléh
maglîm	<i>Imper.</i> Haglêh	taglî
maglâh	baglû	taglenah.

Lit-

Littera He, symbolum coniugationis modo habet Hirseq, modo Zegol, aut Pátach. He vero tertia radicis vertitur in Iod quiescens in Tscere.

In Imperatiuo eliditur aliquando He, et tunc vox recipit duo Zegolim, vt Héreph, desine, pro Harpèh. Patitur et Futurum defectum He, cum duobus Zegolim, vel duplii Pátach, vt in Imperatiuo.

**כְּנָסָתְּ כְּפָתְּ**  
In verbis quorum secunda radicis est vna ex litteris Beth, Gimel, Daleth, Caph, Phe, et Thau, aut littera his affinis vt Teth, et Coph, litterae Ethan habent Pátach deperdita tertia radicis He, et vtraq. radicis, quae manet suscipit Sceua, vt Iard, dominari faciet, Iapht, dilatare faciet, Iasq, potū dabit, vel irrigabit, et c.

### Coniugatio Hophghal.

Præt. Hogläh	hoglêth	togléh
hoglétha	hoglethên.	noglèh
hoglèthi	Infinitius.	ioglû
hoglû	Hoglòth.	toglû
hoglethém	Futurum.	togléh
hoglènu	Ogléh	togli
brogletháh	ioglèh	toglênah.

Inuenitur He symbolum Coniugationis cū Holem, loco Hateph Camets, propter sequentem

tem gutturalem, vt dilatetur eius pronuncia-  
tio, vt Nahum cap. II. vers. VII.

Litterae Ethan loco Hateph Camets, non-  
numquam suscipiunt Kibbutz.

### Coniugatio Hithpaghel.

<i>Præteritum.</i>	mithgallîm	hithgalli
Hithgallâh	mithgallâh	hithgallénah.
hithgallétha	mithgallóth.	<i>Futurum.</i>
hithgalléthi	<i>Infinitius.</i>	Ethgalléh
hithgallû	Hithgallóth	iithgalléh
hithgalléthem	behithgallòth	títhgalléh
hithgallénu	kehithgallóth	nithgalléh
hithgalletháh	lehitghallóth	iithgallû
hithgalléth	mehithgallòth.	tithgallû
hithgallethén.	<i>Imperativus.</i>	tithgalléh
<i>Benoni.</i>	Hithgalléh	tithgallî
<i>mithgalléh</i>	hithgallû	tithgallenah.

### De Verbo Sacháh.

שְׁחַם

Postulat hic locus, vt aliquid dicatur de Ver-  
bo Sacháh, quod incipientes mire solet tor-  
quere. In Hithpaghel igitur tertiam radicis  
He, mutat in Vau mobile, et assumit alterum  
He, quod sequitur eandem rationem flexus  
cum Quiescentibus Lamed He: hoc namque  
modo coniugatur.

Præ-

<i>Praeteritum.</i>	<i>Infinitius.</i>
<i>Incuruauit se.</i>	<i>Histachauéh, vel histachauóth.</i>
<i>Histachauáh</i>	<i>Imper. Histachauéh.</i>
<i>histachauétha</i>	<i>Futur. Estachauéh</i>
<i>histachauéthi</i>	<i>iistachauéh, vel iistáchu</i>
<i>histachauú</i>	<i>tistachauéh, vel tistáchu</i>
<i>histachauethém</i>	<i>nistachauéh</i>
<i>histachauénu, et c.</i>	<i>iistachauú, et c.</i>
<i>Benoni.</i>	
<i>Mistachauéh</i>	
<i>Mistachauim.</i>	

Ezechielis cap. VIII. v. XIV. occurrit Mistachauithem, quod Xantes in Thesauro, et in Institutionibus, pag. 420. cum Dauid Kambio putat Compositum ex Participio, et Praeterito. Verum de hoc est contentio. Consule Isaacum pag. 106. et 107.

## De Verbis Compositis.

Absolutis omnibus quae spectant ad Verba Simplicia Anomala, siue Defectiva sunt, siue Quiescētia; superest de Compositis loquamur. Composita Verba Hebrei appellant, quae dupliciter sunt Imperfecta, et ad duos pertinent Verborum ordines, et ideo Composita e duabus ordinibus Imperfectorum, Defectuorum scilicet, vel Quiescentium. Omniū vero Compositorum haec est Communis regula, quod in il-

In illis defectus, vel quies exigenda sunt ad leges, et Canones Verborum simplicium. Exemplo sit Verbum Nathan, dedit, quod quia compositum est in extremitatibus ex Defectiuis, quod attinet ad primam radicis, quae est Nun, spectat ad Defectiua Phe Nun, quorum parigma est Nagas, pag. 44. quo ad ultimam vero radicis Nun, referendum est ad Defectiua Lamed Nun, quorum exemplum est Tamān, occultauit, pag. 59. Componitur ergo ex anomalia, et defectu utriusq. ordinis, Defectiuarum nimirum Phe Nun, et Lamed Nun. Eodem modo Iapháb, pulchruit, quo ad primā radicis Iod conuenit cum Quiescentibus Phe Iod, de quibus pag. 66. quo ad tertiam radicis, concurrit cum Quiescentibus Lamed He, pag. 86. ex quibus componitur. Quae cū ita sint, in Verbis Compositis nulla, aut parua admodum est difficultas iis, qui familiares sibi reddiderint ordines simplices explicatos. Superfluum igitur fortasse esset, immorari in proponēdis paradigmatis Compositorū, quae ex superioribus possunt facile dignosci, si obseruentur ordines simplices, ex quibus compoununtur. Nam constant Composita fere tribus litteris radicalibus, cum e quattuor, aut quinque litteris radicalibus sint rarissima, de quibus ultimo loco futurus sermo.

Porro

Porro de Compositorum specieb. earumq.  
numero apud diuersos diuersa legimus. Elias  
quem plerique sequuntur, Oratione II. Fun-  
dam. x. num. I. et II. ex ordinib. sex Verborum  
Simplicium quos proposuerat, pauciores de-  
ducit ordines Compositorum. Alii his quosdā  
addiderunt. David Kamhius in prima parte  
Michlol, et ex eo Xantes plures agnoscunt, et  
proponunt species, quae quoniam facile redu-  
cuntur ad ordines Simplicium Verborū apud  
Eliam, et plerosque recentiores, non consti-  
tuunt ordines peculiares Compositorum. Ut  
tamen complectamur omnes eorum species,  
quas nosse e re studiosorum futurum est, sum-  
pto hinc initio, eas enumeremus.

Composita igitur de quibus agimus, quae  
tres habent radicales litteras, fiunt aut a Ver-  
bis Defectiuis, aut Quiescentibus. Rursus a  
Defectiuis, et Quiescentibus dupliciter sunt  
Verba Composita, Vel in prima, et tertia ra-  
dicis; Vel in secunda, et tertia. Nam in prima,  
et secunda radicis nulla reperiuntur Verba  
Composita. Ex his duobus modis Compositio-  
nis, in prima, et tertia; vel in secunda, et tertia  
radicis, hae oriūtur species: E primo quidem  
modo, Composita ex prima, et tertia radicis,  
vel fiunt ex Defectiuis tantum, vel ex Defecti-  
uis, et Quiescentibus; vel contra ex Quiescen-  
tibus

tibus, et Defectiuis, vel ex duobus ordinibus  
Quiescentium.

Ex Defectiuis tres species componuntur.

Prima, Composita Phe Iod, Lamed Thau,  
vt Iatsáth, exarsit.

Secunda species, Defectiua Phe Nun, La-  
med Nun, vt Nathán, dedit.

Tertia species, Defectiua Phe Nun, Lamed  
Thau, vt Nazáth periit.

Ex Defectiuis, et Quiescentibus duae con-  
stituuntur species.

Prima, Phe Nun, Lamed Aleph, vt Nazá-  
tulit; et Nascá, decepit.

Secunda, Phe Nun, Lamed He, vt Natáh,  
declinavit.

Ex Quiescentibus, et Defectiuis tres species  
conficiuntur.

Prima, Phe Aleph, Lamed Nun, vt Izzén,  
aurib. percepit, vsitatū in Pighel, et Hiphghil.

Secunda, Phe Iod, Lamed Nun, vt Iasán,  
dormiuit.

Tertia, Phe Iod, Lamed Thau, vt Iacháth,  
percussit; quod Dauidi Camhio dicitur Cha-  
tháth. Haec sunt Composita e prima, et ter-  
tia radicis.

Similiter ex secunda, et tertia radicis, quae  
species sunt compositae, vel constituuntur ex  
Defectiuis; vel ex Quiescentibus, et Defectiuis;

H      vel

vel ex Quiescentibus tantum. Ex Defectiuis namq. et Quiescentib. nulla species coalescit, vt in Compositis Verbis in prima, et secunda, et tertia radicis, eo quod quae deficiunt in secunda radicali, eandem obtinent tertiam radicis, cum secunda: fieri autē non potest, vt idem Verbum sit Defectiuum in secunda, et Quiescens in tertia eadem littera radicis. Quapropter species quae constituuntur ex secunda, et tertia radicis a Defectiuis, sunt duae.

**ג ג ג** Prima, Composita Ghaiin Nun, et Lamed Nun, vt Tarónna, cum Daghesc forti, praecognizabit, Proverbior. cap. i. v. xx. et cap. ii. v. iii. pro Tarónna cum duplīci Nun absque Daghesc forti, a Ranán, in quo secunda, et tercia radicis desiderantur, quia Nun quod apparet, constitutiuum est ultimae vocis Futuri.

**כ כ כ** Secunda species, Composita Ghaiin Thau, et Lamed Thau, tametsi in hac specie ubi deficie secunda, fere non deest tertia; et ubi secunda non deest, deficit tertia, vt in Defectiuis Lamed Thau. Exemplū est Chatháth, contriuit.

Ex Quiescentibus, et Defectiuis in secunda, et tertia radicis hac species componuntur.

**ג** Prima, Ghaiin Vau, Lamed Nun, vt Dan, iudicauit.

Secunda, Ghaiin Vau, Lamed Thau, vt Meth, mortuus est, de quo supra pag. 72.

Ter-

Tertia, Ghaiin Iod, Lamed Nun, vt Ban, intellexit, a Bin.

Quarta, Ghaiin Iod, Lamed Thau, vt Zith, suafit.

Ex Quiescentibus tantum, id est e duabus speciebus Quiescentium oriuntur hae species Compositae.

Prima Ghaiin Aleph, Lamed He, vt Raah, vedit.

Secunda Ghaiin Vau, Lamed Aleph, vt Ba, venit.

Tertia, Ghaiin Iod, Lamed Aleph, vt Ki, vomuit, quod alii referunt ad praecedētem speciē Quiescentium Ghaiin Vau, et Lamed Aleph.

Quarta, Ghaiin Vau, Lamed He, vt Haiah, חואַה fuit; Chauah, annunciauit.

Quinta, Ghaiin Iod, Lamed He, vt Haiah, fuit, et Chaiāh, vixit. Vide Xantē lib. 3. c. 36.

Obserua cum Elia Oeat. II. Fund. x. num. III. et aliis, species ordinum Compositorum ex Quiescentibus in prima, et tertia, numquam venire cum defectu primae radicis in Infiniti- uo, et Imperatiuo, vt ipsa eorum simplicia patiebātur hunc defectum, exceptis ducb. Iatsá, egressus est, et Nazá, tulit, quae perdunt aliquando primam radicis.

Praeterea obseruandum, cū Composita Phe Nun, Lamed He, et Phe Iod, Lamed He abi-

H ij ciunt

ciunt tertiam radicis, ut in simplicibus accidit,  
tunc Imperatiuum, et Futurum occurrere cū  
secunda radicis tantum. Sic a Natáh, inclina-  
uit, dicimus in Futuro Cal, Et, Iet, pro Etteh,  
Iittéh: In Imperatiuo Hiphghil Hat, pro Hat-  
tēh: In Futuro eiusdem, At, Iat, Tat, Nat, pro  
Attéh, Iattéh, et c. Eodē modo a Nacháh, per-  
cussit, in Futuro Hiphghil, Ach, Iach, Tach,  
Nach, pro Aqqéh, Iaqqéh, et c.

### Exemplum Compositi Phe Nun, et Lamed Nun.

Quoniam inter Composita e duabus specie-  
bus Defectiuorum in prima, et tertia radicis,  
Vnica est radix Defectua Phe Nun, Lamed  
Nun, quae frequentissima est in Bibliis, non  
practer institutum visum est fore, ne quem-  
quam possit retardare, si eius paradigma cum  
plerisque exhiberetur: quae quidem ratione  
prioris Nun, est ex Defectiuis Phe Nun; ratio-  
ne posterioris illud abiicit sequente Thau ser-  
uili, cui tunc imprimitur Daghe sc, quod acci-  
dit Compositis Ghaiin Nun, et Lamed Nun;  
Ghaiin Thau, et Lamed Thaus; quin etiam sim-  
plicibus ordinibus, hoc est Defectiuis Lamed  
Nun, et Lamed Thau.

Con,

## Coniugatio Kal.

<b>Praeteritum.</b>	<b>nothenáh</b>	tenū
<b>Dedit.</b>	<b>nothenòth.</b>	tenī
<b>Nathán</b>	<b>Paghul.</b>	ténnah.
<b>natháttā</b>	<b>Nathún</b>	<b>Futurum.</b>
<b>nathátti</b>	<b>nethuním</b>	Ettén
<b>nathenù</b>	<b>nethunáh</b>	iittén
<b>nethattém</b>	<b>nethunòth.</b>	tittén
<b>nathánnu</b>	<b>Infinit.</b> Téth	nittén
<b>nathenáh</b>	bethéth	iittenú
<b>nathát</b>	kethéth	tittenú
<b>nethattén.</b>	lathéth	tittén
<b>Ben.</b> Nothén	mittéth.	tittení
<b>nothením</b>	<b>Imperat.</b> Tén	titténnah.

## Coniugatio Niphghal.

<b>Praet.</b> Nittán	<b>Ben.</b> Nittán	mehinnathén.
nittáttā	nittaním	<b>Imperativus.</b>
nittátti	nittanáh	Hinnathén
nittenú	nittanòth.	hinnathenú
nittattém	<b>Infinitivus.</b>	hinnathení
nittánnu	Hinnathén	hinnathennah.
nittenáh	bchinnathén	<b>Futurum.</b>
nittát	qchinnathén	Ennathén
nittattén.	lchinnathén	iinnathén, et c.
		H iij Et

Et quidem Coniugationes Cal, et Niphghal,  
ita se habent. nā reliquae Coniugationes sunt  
in usitatae: praeter Iuttān, quod est Futuri Ho-  
phghal, et reperitur Leuitici xi. et aliquot  
aliis locis. Haec de Verbis Compositis.

### De Verbis Quattuor litterarum.

Dictum est haec tenus de Verbis simplicibus  
Perfectis, et omnibus ordinibus Imperfecto-  
rum, atque adeo de Compositis e duobus ordi-  
nibus simplicium Imperfectorum. Reliquum  
est nunc ultimo loco prosequamur verba, quae  
mirabilem constitutionem trium litterarum  
radicalium non sequuntur, quaeq. numerum  
ternarium excedunt vna, vel duabus litteris,  
quarum illa dicuntur Quattuor litterarum,  
haec Quinque litterarum, quod totidem con-  
stent litteris radicalibus. Verba autem Quat-  
tuor litterarum vel componuntur ex eodem  
Verbo, vel e duobus Verbis distinctis, vel ex  
Verbo, et Nominе; vel ex Nominе, et Verbo,  
vel ex eodem Nominе, ut cognoscas consultis  
Lexicographis. Iam vero quae quattuor con-  
stant radicalibus litteris distinctis, duo tantum  
sunt Qirzém, Ventrem impleuit; et Qirbèl,  
operuit. Etenim alia geminatione fiunt earum  
dem litterarum. Sunt namque plura, vel ex  
Defectiuis, sive Duplicantibus Ghaiin, ut Zil-

כְּרַבָּל

zāl, exaltauit, a Zalāl verbo eiusdem significationis. Alia a Quiescentibus Ghaiin Vau, vel Iod, ut Pirpēr, confregit, a Pur, quod est frangere; Kilqel, sustentauit, a Qil, vel Qol eiusdem significationis. Alia fiunt ex Quiescentib. Lamēd He, duplicita prima, et secunda radicis, et suppressa He tertia radicali, ut Tightāgh, vel Tightēagh, errare fecit, a Tagháh, errauit. Vide plura apud Dauidē Camhium in prima parte Michlol Hebraici editionis Venetae Danielis Bombergi, fol. 174. et sequentibus, et Xantem lib. III. cap. LXX.

## De Verbis Quinque litterarum.

Sunt et Quinque radicalium litterarum pauca tātummodo, quae fiunt geminatione secundae, et tertiae radicis, ut Chomarmār, perturbatione contractus fuit, in Pughal, a Chamár, turbavit; et Iaphiaphāh, pulcherrimus fuit, a Iaphāh, pulchruit. Siquidem geminationem hanc factam accepimus, tam in Verbis Quattuor, quam in Verbis Quinque litterarum, vel euphoniae, vel augendae significationis causa. Coniugantur vero haec Verba plurium litterarū per Coniugationes Daghessatas Pighel, Pughal, et Hithpāghel, omnino ut Verba Perfecta. De Verbis Quattuor, et Quinque litterarum vide Moseni Camhium fol. 38. et 39.

H iij edi-

Ceterum Verba Composita e duabus radici-  
bus, vel primitiuis, vel ex variis coniugationi-  
bus, non ita frequenter occurrunt. Quaedam  
habes supra pag. 41. plura apud Eliam libro  
proprio, in quo Voces Irregularares, et Compo-  
sitas ordine Alphabeti digessit. Neque enim  
singularibus horum exemplis onerandi sunt  
studiosi, quae rariora sese offerunt in sacroru-  
Bibliorum lectione, et e Thesauro sunt peten-  
da. Quaedam notauit Xantes lib. III. cap. LXXI.  
Atque haec de Simplicib. et Compositis Ver-  
bis dicta sint, iam de Nominē agendum.

## De Nominē secunda Ora- tionis parte.

**V**Erborum tractationem excipiunt Nomi-  
na, quae nō ita late patēt apud Hebraeos,  
vt Verba, nisi velis cum quibusdam in immen-  
sum pertrahere, quae ad nomina spectant, qui  
minutias in singulis eorum speciebus perse-  
quuntur nulla necessitate, nulla incipientium  
utilitate. Nomina igitur, quemadmodum et  
Verba, alia sunt Perfecta, alia Imperfecta, hoc  
est Defectiua, Quiescentia, et Composita, om-  
nino et eisdem de causis atque in Verbis. Per-  
fecta vero, vel constant tribus tantummodo lit-  
teris

teris radicalibus, vel praeter radicales, assument litteras seruiles characteristicas sui cōstitutiuas, quod accidit quoque Imperfectis nominibus. De Perfectorum speciebus Dauid Kamhius in i. parte Michlol Hebraici fol. 195. et sequentib. et Xantes lib. secundo cap. 16.

## De Nominum Genere.

Dividuntur Nomina in Substantia, et Toarium, id est Formalia. Formalia vocant Hebrei quaecumque mouentur a masculino genere in femininum. Nam genus duplex habent masculinum, et femininum. Neutro carrent Hebrei, pro quo usurpant adiectuum femininum, aliquando substantiae, ut Tobáh, bona, Hebraeis dicitur bonum, et bonitas. Iege D. Hieronymum in Commentariis ad librum Ecclesiastae cap. vii. extremo. Ad haec feminina sunt, quae terminantur in He, praecedente Kamets, accentu in vltima, vt Tsedaqáh, iustitia: nam accentu in antepaenultima sunt masculina, vt Lâilah, nox. Sunt quoque feminina, quae excent in Thau, precedente Zegol accentu in paenultima, vel quae desinunt in syllabam Ith, vel Vth, accentu in vltima, vt Gophrîth, Sulphur; Mâlcûth, regnum. Demptis his terminationibus reliqua omnia, quomodo cumque excent, sunt masculina. Pauca sunt Com-

H v munia

munia, quae utroque genere inueniuntur, fere adiectua, raro substantia, ut plurimum nomina animalium, ut Bakar, bos. Formalia sunt quaecumque mouentur a masculino genere in femininum, siue substantia sunt, siue adiectua, ut Mélech, Rex; Malcáh, Regina; Gadól, magnus; Gedolah, magna. Formantur siquidem feminina a suis masculinis, He addito in fine, praecedente Kamets, et mutato aliquando punto vocali.

Excipiuntur quaedam nomina, quae cum terminacione sunt masculina, reuera tamen sunt feminina, quorum genus distinguendum, ut in ceteris omnibus nominibus tam Perfectis, quam Imperfectis, ex Sacra lectione, ex adiuncto Verbo, Participio, vel adiectuo. Sunt tamen plura feminina, quae Verbis, Participiis, et Dictionibus aliis masculinis iunguntur. Et contra masculina, quae femininis dictionibus adhaerent. Lege Xantem lib. 2. cap. 3.

Excipiuntur et Nomina Urbium, Regionum, atque membrorum, quae natura sunt gemina, ut manus, pes. quocumque enim modo exstant, feminina sunt.

## De Nominum Numero.

Triplex est numerus, Singularis, Pluralis, Dualis. Pluralis numerus in mascul. exit in, in, sub-

subiuncto singulari numero Mem cū Hirex, et  
accentu in vltima, vt Mèlech, Rex; Melachîm,  
Reges. In femininis Pluralis numerus fit a sin-  
gulari, mutato He charaktere femin. generis,  
et Qamets, quod illum praecedit, in oth, accen-  
tu in vltima, vt Malcáh, Regina; Malcóth, Re-  
ginae; Gedoláh, magna; Gedoloth, magnae.  
Quod si femininum singulare exeat in Ith, vel  
Vth, in plurali vltima syllaba singularis muta-  
tur in Ioth, interposito regulariter Iod mobi-  
li, vt Gophrith, Sulfur; pluralis Gophriiôth;  
Malcúth, regnum; pluralis, Malcuidoth. Prae-  
terea dualis numerus formatur a singulari in  
his, quae dualem habent, adiecta ad singularem  
syllaba, im, et Pátagh punto breni, atque ac-  
centu semper in paenultima, quo distinguitur  
dualis numerus a plurali, vt Régel, Pes; Ra-  
gláim, duo pedes. Habent autem dualem nu-  
merū Nomina quae dualitatem significant, id  
est, res natura, vel arte geminas, vt Iad manus,  
Iadaiim, duae manus; Recháiim, duae molae,  
vel mole constans duobus lapidib. superiore, et  
inferiore. Plura dualia habes apud Dauidem  
Kamhium in Michlol, et Xantem lib. 2. c. 1.  
Sunt quae inueniuntur in omni numero Sin-  
gulari, Plurali, Duali, vt saepe numeralia, et  
praeter haec alia. Quaedam tantum in Duali,  
vt Máim, Aquae; Scamnáim, Cacli. Alia in  
plu-

## 208 INSTITUTIONES

plurali tantum, ut nomina aetatum, Neghus-  
rîm, pueritiae, pro pueritia; Zequunîm, sene-  
cutes, pro senectus. Alia plurali carent, ut no-  
mina Vrbium, metallorum, hominum, excepto  
**Chézeph**, argentum: de quibus Xantes lib. II.  
cap. I. Et haec quidem Orthoclita, iam de He-  
teroclitis accipe.

Excipiuntur a Canone masculinorum mul-  
ta, quae eo non tenentur, masculina nimirum,  
quae in plurali desinunt in Oth, hoc est for-  
ma femininorum, ut Ab, pater; Abóth, patres.  
Sunt quoque multa feminina, quae excent ut  
masculina in Im, Ionáh, columba; Ionîm, co-  
lumbac. Inueniuntur et alia, quae in singula-  
ri habent formam masculinam, in plurali fe-  
mininam, ut Erets, terra, Aratsoth, terrae.  
Quaedam etiam in utraque terminacione ma-  
sculina, et feminina, ut Scanáh, annus; Scanîm,  
et Scanóth, anni. Denique reperiuntur, quae  
aliena habent pluralia, ut Bath, filia; Banóth,  
filiae; Isc, vir; Anascim, viri; raro Iscîm, Iscâh,  
mulier, Nasçim, mulieres. Consule Eliam in  
Capitulo specierum, vel diuersarum formarum  
nominum, vbi in tredecim species omnia no-  
mina partitur; et Xantem lib. 2. cap. 4. nimis  
enim molestum esset in his immorari quae  
huius linguae studiosos possunt ab eius cogni-  
tione retardare. Usui namq. et exercitationi, et

Sa-

Sacrae Bibliorum lectioni multa reseruanda,  
quae importune Canonum, et exceptionum  
vix magno numero comprehendenderentur.

## De Casibus, et Declinatione Nominum.

Nomina non variantur apud Hebracos, sed  
tantummodo mutantur e singulari numero in  
pluralem, quaedam in dualem. Casus vero ex-  
primunt Hebraei praepositis litteris seruili-  
bus, siue praepositionibus, quae respondent  
Graecorum articulis, et aquivalent termina-  
tioni diuersae casuū usitatae apud Graecos, et  
Latinos. Sic dicunt Zépher, liber; Hazzépher,  
vel Lèzépher, libri; Lazèpher, libro; Eth Zé-  
pher, librum; Mizzépher, a libro. He, Lamed,  
et Eth aliis casibus iungi possunt.

## De Nominibus vulgo Hee- manticis. חָמָנִים

Ex Nominibus quaedam tribus constant ra-  
dicalibus litteris, ac nullam praeterea seruile,  
vel addititiam assumunt. Alia formantur au-  
xilio litterarum, quas vetustiores Hebraei su-  
peradditas vocant, vel Heemanticas, quod earū  
symbolum sit dictio Heemanti, quarum mini-

sc.

## 310 INSTITUTIONES

sterio formatur magna copia nominum Verbalium, additione scilicet earum in principio, vel in fine radicis; vel in principio simul, et fine. Neque enim superadduntur hae litterae nisi Nominibus, quae deriuantur a Verbis, quemadmodum latius explicat Elias in libro Electo, Oratione tertia, Fund. XII. et XIII. et in libro Specierum, Specie secunda. Saepe numero vna istarum litterarum ad radicem superadditur, interdum duae. Verum David Camhius in Commentariis ad Ioëlem Prophetam, contra sententiam quā tenuit in Michlol, et aliorum plurium, has litteras non Heemanticas, sed Amtin appellat, quia existimat He non esse formatricem Verbalium. Nam He paragogicum, et addititium non est Heemanticum, quo praesente, vel absente constitutio Nominis perinde se habet, ut Láil, et Láilah, nox. Quamobrem Genebrardus ad Clenardum assertitur Dauidi Camhio, apud quem He characteristicum feminini generis, vel paragogicum, non format Verbalia. Addit, Dauidem Camhium in Michlol magis locutum alieno sensu, quam proprio. Contra ceteri Hebraei, et nostri fere omnes, He numerant inter Heemanticas, qui distinguunt inter He constitutiuū feminini generis, vel paragogicum, atq. He Heemanticum. Etenim, ut testatur Elias Ora-

## HEBRAICÆ.

Oratione III. Fund. viii. num. III. He charactesticum feminini generis, semper habet ante se punctum Qamets accentu Milrāgh, siue in ultima dictio[n]is. Quod si aliquid ex his duobus defuerit, erit He vel Heemanticū, vel paragogicum, vel radicale. Deinde idem Oratione IV. Fund. vi. alias tradit differentias inter He radicale, et Heemanticum. Sed assentia mur Kamhio in Ioēlem, et Genebrardo, et sint litterae Amtin, constitutiuac nominū, e quib[us] quae sequitur ordine prima in dictione Amtin,

Aleph format Nominā, quibus praeponitur, et plerumque habet Zegol, aliquando Pātach, ut Ephrōach, pullus.

Mem plerūque praeponitur dictioni, et habet sub se Hireq, ut Mizmor, Psalmus. Ante gutturales suscipit Pātach, quod aliquādo recipit ante litteras non gutturales. Pauca inueniuntur, quae habent Mem superadditum in fine, ut Scilsōm, nudius tertius.

Thau praeponitur, vel postponitur Nomi[n]ib[us], ut Tārdemāh, sopor; Malcuth, regnum. Aliquando utrumque locum occupat, primū, et ultimum, accentu semper in paenultima, ut Tiphéreth, gloria. Et notandum, quod Thau, quamuis format Nominā feminina, quatenus tamen est ex litteris Amtin, praebet Nomi[n]i quādam efficientiam, et significationem: alioqui

112 INSTITUTIONES  
qui si hoc non praestaret, sed tantum esset character feminini generis, non recte numeraretur inter litteras Amtin, cum propter eandem causam excluderimus He, ab earum numero.

Iod raro superadditur nisi initio Nominum propriorum, ut Iaghakob, Jacob; Itschak, Isaac. Postpositum format Nomina Gentilia, ut Zephardi, Hispanus; Tsarphathah, Gallus: de quibus Elias Capitulo Specierum, octaua Species. Fiunt quoque adminicula litterae Iod adiectiua, ut Achzari, crudelis; et Numeralia ordinaria feminina, ut Scenî, secundus; Scelisci, tertius. Placet quibusdam reperiri Iod in medio Nominis proprii contemptus causa, ut Absalom fratrem suum Amnon, vocat Ammon, quasi dicas Amonulus, lib. II. Samuelis, cap. III. v. xx. Ita Abraham, David Canhius, in II. parte Michlol, et Emmanuel Hebraei.

Nun in fine Nominibus saepius additur, ut Ebion, pauper. Format etiam Diminutiua, ut Scabathon, sabbathulum, vel quietula, Leuitici XVI. v. xxxi, et XXIII. v. iii, et Exodi XXXV. v. ii. Propria Nomina initio constituit, ut Naph-tali, Nimrod.

Iam vero litterae Amtin praepositae Nominibus habentibus primam radicis expressam, fere afficiuntur Patach, vel Zegol, vel Hirèq paruo. Pauca sunt, quae habent Mem praepositi-

masculina

xiiij

situm primae radicali cum Sceua, quod semper  
quicicit post litteras Amtin. Horum nominū  
indicē satiscopiosum tibi suppeditabunt Elias  
Oratione III. Fund. XII. et XIII. Xantes lib. II.  
cap. XXII. Eiusdem Thesaurus Hebraicus, vel  
eius Epitoma initio cū suis radicibus, vt Quin-  
quarboreus a pag. 172. et deinceps.

## De Nominibus Defectiuis, Qui- escentibus, et Compositis.

Eaedem prorsus sunt Nominum formae,  
atque Verborum. Quemadmodum enim Ver-  
ba alia sunt Perfecta, alia Imperfecta, hoc est  
Defectiua, Quiescentia, Composita; ita etiam  
Nomina, quorum species eadem fere ratione  
cognoscuntur, quae plerumque assumunt lit-  
teras Amtin. Indicem horum nominum Im-  
perfectorum exhibuerunt Dauid Camhius in  
Michlol, Glenardus, Quinquarboreus a pagi-  
na 178. vsque ad 187. Plura de singulis eo-  
rum speciebus tradiderūt Elias Oratione III.  
per duodecim fundamenta, Pagninus libro II.  
a cap. XXIII. vsque ad XXXI. Isaacus a pag. 110.  
vsque ad 130. si quis feriatur, illos consulat.  
Inuenitur Defectiuarum nominum, quae non  
sunt Heemantica, magna copia ordine Alpha-  
bethi collecta, in utroque Thesauro magno, et

I par-

414 INSTITUTIONES  
paruo post indicem nominum Heemanticorū,  
Imperfecta namque Heemantica, sub Heemant-  
ticis collocantur.

## De Nominibus Quattuor, et Quinque litterarum.

Quemadmodum sunt Verba, quae constant  
quattuor, vel quinque litteris radicalibus, ita  
etiam nomina, quae plura sunt, quam Verba.  
Si a verbis deriuentur, prima, et secunda litte-  
ra repetitur, vel in nominibus quinque litte-  
tarum secunda, et tertia, Euphoniae, vel au-  
genda significationis causa, ut docent Salomō  
Iarchius, et Camhius in Michlol. Idem in ver-  
bis quattuor, et quinque litterarum accidere  
inuenies supra pagina 103. Abraham tamen  
Abenezra Leuitici XIII. et Cantic. cap. 1. Xan-  
tes, et alii, tam in Verbis, quam in Nominibus  
repetitionem earundem litterarum ad dimi-  
nutionem spectare contendunt. Fere haec no-  
mina Quattuor, et Quinque litterarū, vel plu-  
rium peregrina sunt, et ex aliis linguis mutu-  
ata, atq. in Hebraismum inuecta, propter He-  
braeorum consuetudinem cum gentib. exter-  
nis, pauca si excipias, quae componuntur ex  
vocibus Hebraicis. Elias quidem Oratione IV.  
Fund. XIII. num. IV. arbitratur Aegyptiaca es-  
se, aut

se, aut Persica. Cur non etiam Syriaca, Assyriaca, et Chaldaica? Apud Chaldaeos siquidē, Syros, et Rabbinos, multa sunt nomina pluriū litterarum. Certum igitur hoc sit cum Elia ibidem, et ceteris Hebraeis, nullas dictiones, quae quattuor, aut quinque constent litteris, esse Hebraicas, de quibus idem egit in libro Compositionis. Meminerunt earūdem, et singularum formarum Dauid Cambius Michlol Hebraici fol. 253. et deinde, Pagninus lib. II. cap. xxxi, et xxxii. Clenardus, et alii.

## De Nominibus Numeralibus.

Hebrei duplice numerant, vel per integras dictiones, vel per litteras Alphabeti, ut Graeci, et nos per ciphras, mutuato nomine ab Hebraico Zephirāh, quod Hebraeis significat numerationem.

## Cardinalia in vtroq. generc.

A tribus usque ad decem habent terminacionem femininam, contra feminina paucis exceptis. Sed a decem usque ad viginti contrariū sit, nam feminina habent He, masculina sunt sine He. Elias libro Specierum Specie XIII. qui de numeralibus plura.

## 316 INSTITUTIONES

<i>Masculina.</i>	<i>Feminina.</i>
Echâd. vnus.	1 Achath. vna.
Scenâim.	2 Scetâim.
Sceloschâh.	3 Scalosc.
Arbaghâh.	4 Arbâgh.
Chamiscâh.	5 Chamèsc.
Scifsâh.	6 Scësc.
Scibghâh.	7 Scébagh.
Scemonâh.	8 Scemonéh.
Tisghâh.	9 Téscagh.
Ghazarâh.	10 Ghézer.
Achâd Ghazár.	11 Acháth Ghezrêh.
Sceném Ghazár.	12 Scettém Ghezrêh.
Ghezrîm.	20 Ghezrîm.
Achâd Veghezrîm.	21 Achath Veghezrîm.

Sic omnino usque ad Centum interposita copula Vau. Nam a Viginti usque ad Centum sunt Communis generis, quae sunt maioris numeri, non minoris. Sic Scelosim, triginta; Arbaghim, quadraginta; Chamisim, quinquaginta; Scissim, 60. Scibghim, 70. Scemonim, 80. Tiscghim, 90. Meah, 100. Mathaim, 200. Scalosc Meoth, 300. Arbagh Meoth, 400. et sic ad Nongenta usque, et c. Eleph, 1000. Alphaim, 2000. Scelosceth Alaphim, 3000. et c. Rebabah, 10. millia; Ribothaim, 20. millia; Ribbo ribuan, 100. millia.

Nu-

Numeri minores praeponuntur maioribus,  
praecipue in Compositione.

## Numeri Ordinales.

<i>Masculina.</i>	<i>Feminina.</i>
Primus, Riscón.	Riscónáh.
Scenî.	Sceníth.
Scelisci.	Sceliscíth.
Rebighî.	Rebighít.

Et sic usque ad Decem. Nam a Decem usque  
deinceps Cardinalibus loco Ordinalium, eo  
quod Cardinalia indifferenter possunt esse Or-  
dinalia, quae tamen sensu facile distinguitur.  
Vide Eliam in fine libri Specierum.

Per litteras Alphabeti qua ratione numerentur,  
paucis intellige. Dividunt Alphabetum, ita ut  
primus Nouenarius Unites, secundus Decu-  
rias, reliquae quattuor cum quinque Finalibus  
Centurias denotent.

## Unites.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ר	נ	ד	ג	א

## Decuriæ.

90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ד	כ	מ	נ	ל	ב

## Centuriae.

900	800	700	600	500	400	300	200	100
א	ת	ז	ו	ר	נ	ט	כ	ק

I iij

Mille-

*Millenaria.*

Aleph, 1000. Beth Aleph, 2000. Gimel  
 Aleph, 3000. Daleth Aleph, 4000. He A-  
 leph, 5000. Vau Aleph, 6000. Zain A-  
 leph, 7000. Cheth Aleph, 8000. Theth  
 Aleph, 9000.

**N** In his omnibus Aleph debet habere supra se  
 duo puncta in modum Tserc.

### De Dictione, tertia Oratio- nis parte.

**D**ictionis nomine, hoc est Millâh, compre-  
 hendunt Hebraei reliquas Orationis par-  
 tes, quas enumerant Graeci, et Latini. inter  
 quas primo se offert Pronomen.

### De Pronomine.

Duplex est, separatum vnum, affixum alte-  
 rum. Separatum est, quod in oratione separatū  
 inuenitur a Verbo, Nominе, aut Dictione;  
 affixum, quod affigitur alicui harum partium  
 in fine, et cum illa componitur, et quasi cum  
 illa vnam efficit dictionem.

### De Pronominibus separatis.

Primae personae. Anī, vel Anochī, Ego.  
 Anāchnu, Nāchnu, vel Anu, Nos.

Sc-

Secundae personae, Attáh, Tu, mascul. gen.  
Plural. Attém. Femin. At, Tu. Attèn, Vos.

Tertiae personae, Hu, Ille. Hen, vel Héma-  
mah, Illi. Femininum, Hi, Illa. Hen, vel Hèn-  
mah, Illae. Zeh, Iste, Hic. Zoth, Ista, Hacc.  
Elleh, Hi, vel Hae.

Casus formātur per litteras seruiles, et praec-  
positiones cum affixis, vt supra pag. 109.

### De Pronominibus affixis.

Pronomina inseparata, quae et affixa sunt,  
Primae personae, vtriusq. generis, singul. nu-  
meri, Ni, et Iod littera, Ego. Plural. Nu, Nos.

Masculina secundae personae, Cha, et Chah,  
Tu. Plurali, Chem, Vos.

Feminina sing. Chaph littera cum Sceua,  
Tu, Plurali, Chen, Chenah, Vos.

Tertiae personae Masculina, Nu, Hu, Vau  
Holem, Vau solum, Hi. Plurali He, Mem lit-  
tera.

Feminina, Nah, Ha, He littera, cum punto  
in medio. Pluralis Hen, Nun littera, Nah.

Sunt haec pronomina affixa fere decurtata a  
separatis integris. Affiguntur pronomina in-  
separata, vel affixa verbis, nominibus, dictioni-  
bus. De cōiunctione pronominis cum Verbis  
agit Xantes lib. 3. cap. 13. et sequentibus.  
Dauid Kamhius in Michlol Hebraico, Isaacus

pag. 135. usque ad 141. Bellarminus Car-  
dinalis editionis Plantinianae pag. 112. usq.  
ad 122. Clenardus.

De affixis Nominum iidem, Xantes lib. 2.  
cap. 15. Dauid Kamhius a fol. 31. usque ad  
45. Michlol Hebraici, Moseh Camhius fol.  
39. usq. ad 44. eorumq. Scholiaestes Elias in  
notis ad ipsos, Clenardus, Bellarminus pag.  
112. ad quos remittimus lectorem. Neque  
enim nostri instituti est in his commorari, qui  
ad alia properamus.

Affixa cum Dictione inuenies apud Moseh  
Camhium fol. 44. pag. 2. Dauidem Cam-  
hium fol. 260. usque in finem Michlol, Isaa-  
cum pag. 142. et sequentibus, Quinquarbor.  
pag. 233. Clenardum, et alios.

## De Praepositione, Aduerbio, Interiectione, et Con- iunctione.

Sunt dictiones, quae respondent his partibus  
Orationis, quas enumerant Latini, a plerisque  
Nostrorum, et Hebraeorum propositae. Xan-  
tes magnum harum numerum collegit lib. 4.  
cap. 1. 2. et 3. Nihil in his praeterea se offert  
hoc loco dignum animaduersione.

De

# De officio, et natura Litterarū seruiliū Moscēh Vechaléb in genere.

Seruiliū litterarū cognitio et necessaria est, et maximo usui in lingua Sancta, quā prætermittere non oportuit. Quāuis enim viginti duae Alphabeti litterae, ut traditū est pag. 21. possint constituere radicem; tamen vndeци ex illis possunt esse seruiles, et multa subire officia; ut apparet ex his, quae dicta sunt de Nominе, Verbo, et Dictione, quae hic non sunt iterum inculcāda. Itaque quod reliquum est, et huius loci proprium, septem litterarū officia Moscēh Vechaléb, quae supersunt explicanda, breuiter perstringemus, primum in genere, deinde in particulari.

Desiderantur septem hae litterae saepius in contextu, ut aliae dictiones, quae facile ab Hebraice perito ex ipsa Orationis serie supplerentur.

Tres primae Mem, Scen, et He, imprimunt Daghesē sequēti litterae, si fuerit capax. Mem notatur Hireq, Scen Zegol, He Patach. Si sequens littera non sit capax Daghesē, Mem affi brard. Isacit Tur Shere, He Camets, Scen non imprimit gogē ad O-Daghesē. Quae supersunt quattuor Vechaléb rient. Scriptiuntur Sceua punto peculiari, excepto pta, pagi-Vau, quod ante litteras Sceuatas, vel litteras na 42.

Bumaph habet Scureq. Ac ne duo Sceua im initio dictionis concurrant, mutatur Sceua in Hireq in litteris Caleb. Ante gutturales notatas puncto rapto assumunt punctum affine. Obserua, has tres litteras regulariter non pati post se He Demonstratum, sed recipere Patach sequente Daghesc, quod est punctum He Demonstratiui. Quoties igitur habent Patach sequente Daghesc, includunt He Demonstratum. Eadem est ratio, quando notantur Gamets ante gutturales, siue gutturalis habeat Hateph Pátach, vel Hateph Zegól. Haec, et alia quae peculiaria sunt harum septem litterarum, specialiter ex his quae sequuntur, intelliges.

### Earundem litterarum Moscéh Vechaléb specialis tractatus.

Mém a fronte est A, vel Ab, vel Propter, sequente Daghesc, propter Nun praepositionis integrae Min deperditum, ut in Infinitiuis. Ante gutturales, vel Resc, pro Hireq, et Daghesc, habet Tsere, ut Mcérets, Ex terra. Inuenit tamen aliquando cum Hireq sine Daghesc in Infinituo, et Nominibus, ante gutturales, et non gutturales, praeter canonem. Comparativa, quibus carent Hebraci, per hæc litteras.

litteram circumloquuntur, ut D. Luc. cap. 18.  
vers. 14. Descendit hic iustificatus in domum  
suam ab illo, id est, iustior illo. Praepositum  
dictioni habenti Iod, Sceua tum euaneſcit, ut  
Mimin, A dextera.

Sceu, ponitur pro Relatiuo Qui, quae, quod,  
singulari, et plurali: Valet etiam Ut, et Quod,  
coniunctionaliter, praecipue in Commētariis  
Hebraeorum. Punctatur frequentissime cum  
Zegol fequente Daghesc, si littera sit capax:  
aliuando cum Patach: semel cum Camets: et  
bis cum Sceua. Aliuando habet Lamed ad-  
iunctum Scèl, et constituit Genitiuū, et Abla-  
tiuum casum, quod exceptis duobus locis non  
reperitur. Vide Isaacum pag. 62.

He ad demonstrandā rem initio adhibetur,  
et emphasis gratia, diciturque He cognitionis,  
distinctionis, vel demonstrationis, ut Hannabī,  
Propheta quidam, vel Propheta talis, et tan-  
tus. Habet etiam vim relatiuam iunctum ver-  
bo, vel participio, ut Hannirah Elai, Qui appa-  
ruit mihi Dan. 8. v. 1. Et vim compellandi,  
tuncq. dicitur He vocādi, ut Deuter. 32. v. 1.  
Haſſamāim, O caeli. Habet fere Patach se-  
quente Daghesc, vel si littera non sit capax,  
vel sit monosyllaba, Camets. Ante quasdam  
gutturales mutātur Patach, et Daghesc, in Ze-  
gol, frequentius sequēte Camets, ut Heharīm,  
Mon.

Montes; vel in purum Patach, vt Hahecháh, Templum. Suscipit purum Patach sine Da-  
ghesc ante litterā capacem Daghesc Sceuatā,  
producto Pátach per accentum Gaghaiá, vt  
Hamlamméd, Docens. Est autē Gaghaiá vir-  
gula perpendicularis praecedens vocalem ad  
dextrum latus. Idem Patach habet ante Iod  
Sceuatum. Nonnumquam punctatur cum Ha-  
teph Pátach, et est He interrogationis, vel ad-  
mirationis, vt Haló Aní Adonái, Nonne ego  
Dominus? quāuis ante litteras gutturales Sce-  
uatas reperitur cum Pátach solo. Verum quā-  
do gutturalis habet Gamets, vtrumque He ad-  
mirationis, et demonstrationis recipit Zegol,  
vt Hehaietáh, Num factum est? Desideratur  
in quibusdam He admirationis, quod supple-  
dum ex serie orationis. Est quoq. dubitationis  
signū. Et cum Lo, non, exhortandi vim habet.  
Significat praeterea motum ad locum, et valet  
idē quod Lamed in principio, vt Hārtah, In  
terrā, pro Laárets, Mitsráimah, In Aegyptū,  
pro Mitsráim: quam vim in principio aliquan-  
do habet. Suscipit post se et Lamed ad maio-  
rem Emphasim.

Vau duplex est, Vau copulatum, et conuer-  
siuum; copulatum, quod Orationis partes  
coniungit, et copulat, vt Et, Latinis. Aliquan-  
do est causale, rationale, disiunctium, condi-  
tiona-

tionale, affirmans, similitudinis, aduerbiū temporis, cum, praepositio. Saepissime in Bibliis, ut apud Hebraeos, usurpatur initio narrationis, ut in principio Exodi, Leuitici, Iosuæ, Iudicium, et Regum, et c. de quo consulendus Camhius in Michlol. Abenezra duo millia in Sacris Bibliis reperiri affirmat, idem valentia, quod Phe raphatū apud Harabes et saepius euphoniae, et ornatus causa praeponitur sententiis sine vlla significatione. Peculiare eius punctum est Sceua, admittit tamē alia puncta eius loco, hoc est omnia puncta praeter Holem, Kibbutz, et puncta rapta. Ante litteram Sceuatam, vel litteras Beth, Vau, Mem, et Phe, habet Scureq, quia difficile est duas simul labiales litteras efferre. Ante Iod Sceuatum Hireq, in quo quiescit. Nam cum Vau copulatio Iod amittit suum Sceua, ut Vikar, Et dignitas. Iunctum dictioni dissyllabae habenti accentū in paenultima, vel monosyllabae, habet Camets. Ante gutturales notatas punto rapto, suscipit punctum affine illi, quo afficitur gutturalis, quia litterae gutturales Hatephatae notant se, et praecedentes. Vide pag. 63. Exceptitur Elohim, ante quod habet Tiere, destituto Aleph ipsius nominis omni punto, ut Venohim. Idem accidit, quando litterae Chaleb, scilicet Caph, Lamed, et Beth, praefiguntur

etdem

eidem nomini, ut Belohim. Si gutturales non  
habeant punctum raptum, habet Patach, vel  
Zegol.

Aliud est Vau Conuersuum, quod in Ver-  
bis non tantum copulat, sed etiam conuertit  
Praeteritum in Futurum, et tunc punto non  
differt a Vau copulatiuo, sed ab eo distingui-  
tur, quia accentu perpetuo fere in ultimā syl-  
labam reiicit, exceptis quiescentibus Lamed  
He, ut Velamadti, Et discam. Vel conuertit  
Futurum in Praeteritum, tuncq. habet Pá-  
tach sequente Daghesc, quod Daghesc excidit  
ex littera Sceuata Euphoniae causa. Vel habet  
Kamets, si sequens littera non sit capax Da-  
ghesc, et retrahit praeterea accentum ab ultima  
in paenultimam fere in omnibus Futuris, ut  
Vaibarech, Et benedixit. Si prima radicis fue-  
rit Beth, Mem, vel Phe, sequitur Canonem ge-  
neralem Vau Copulatiui ante has litteras, ut  
Vmascalti, Et dominabor. Cum praeponitur  
Iod sceuato, habet tantū Patach sine Daghesc.

Discernitur vero Vau Conuersuum a Co-  
pulatiuo, quando utrumque habet Sceuua, hac  
ratione. Si Praeteritum cui praeponitur Vau,  
habeat ante se aliud Praeteritum, tunc Vau co-  
pulat, et non conuertit, ut Achal, Vescatah,  
Comedit, et Bibit. Prophetae tamen utuntur  
Praeteritis propter Futuris propter rei certitudi-

nem

nem. In Psalterio, Proverbiis, et Iob maxima pars Futurorum pro Praeteritis ponitur. Plerumque vertendum Futurum in Praeteritum Imperfectum, ratius in Perfectum, rarissime in Plusquam perfectum. Quando nullū aliud Praeteritum praecedit, tunc Vau est Conuersuum. Non est omittendam, Vau saepius in Proverbiis habere vim collationis, comparationis, et similitudinis. Est et Vau quod significat Vel, verū, certe, sed. Aliquando per Vau repetendum est aliquod Vocabulum praecedens, ut Isaiae cap. 42. v. 8. Et gloriam meā alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus. desideratur in secundo Hemistichio, non, id est, neque laudem meam sculptilibus.

Chaph initio est Aduerbium similitudinis. Quando duae res comparantur, singulis praeponitur, ut Isaiae 24. v. 13. Sicut excusso oleac, sicut racemi cum finita fuerit vindemia. Est et Caph mensuræ, vel coniecturale mensuræ, vel numeri, valens Fere, vel Circiter, ut Qealpàim Isc, Circiter duo millia virorū. Significat praepositionem Secundum, vel iuxta, ut kechazdechá, Secundum misericordiam tuam. Et affirmationem, atque aduerbum temporis, Vere, Tunc, Cum. Recipit et Parcl con. i. redūdans Mo, et efficit per se dictiōnē, ut Qemò, Sicut, tuncq. recipit affixa. Idem Parcl-

Parelcon recipit Beth seruilis, vt Bemō, In-

Lamed articulus est genitiui, datui, et accu-  
fatiui, vt colligendum est ex verbis, et senten-  
tia. Significat aliquando Quia, et motum ad  
locum, vt Scub Leartsechā, Reuerrere in terrā  
tuam. Idem etiam aliquādo valet quod Beth,  
id est, propter, ad, in, pro, vel loco, vt Leāben,  
loco lapidis. Aliquando redundat. Saepius re-  
cipit affixa, et est Datiui casus, vt Li, Mihi;  
Lechā, Tibi; Lo, Ei.

Beth facit initio praepositionem In, et Cum,  
Ablatum instrumenti, modi, vel pretii. Ali-  
quando Propter, per, in, intus, intra, ad, de,  
cum, vsque, ad, et aduerbium Dum, vt Bilmōd,  
Dum disceret. Valet aliquoties idē quod Mem.  
Solet recipere frequenter affixa sicut Lamed,  
vt Bi, In me; Bechā, In te; Bo, In eo. De his lit-  
teris differūt D. Kamhius in Michlol a fol. 52.  
vsque ad 59. Elias tabula 2. pag. 96. Xantes  
lib. 1. a cap. 15. vsque ad 25. Isaacus a pag. 60.  
vsque ad 70. Quinquarbor. a pag. 236. vsque  
ad 246. Clenardus, Bellarminus Cardinalis  
pag. 128. et inde, edit. Plantinianae, et alii.

### De litteris Eheuin, Paragogicis in Verbis, et Nominibus.

Un fine iungūtur Verbis Perfectis, et Imper-  
fectis, litterae Paragogicae. He quidē primis  
voci-

vocibus Infinitiui, et Imperatiui, et primis personis futuri utriusque numeri. Aliquando, et si rarius, tertiae personae singularis masculini. Iod additur Benoni singularis masculini generis, vel Paghul tertiae personae feminini gen. singularis num. et mutat He litteram indicem femin. gen. in Thau, quod accidit quoq. adiectiuis femin. generis. Nun subiicitur personis, quae exiunt in Vau Scureq, vel Hireq, et aliquando Infinitiuis: Crebrius Futuris masculinis secundae, et tertiae personae: Rarius secundae personae Futuri femininae. aliquando redundat in Futuro sequentibus affixis. Plura leges exempla Deuteronomii cap. xxxii. In Nomibus Aleph redundat, ut Chōnja, commotio. He Paragogicum ubiq. inuenitur in voce Láilahi, Nox. Iod aliquando additur Nomibus adiectiuis feminini generis. Interdum inuenitur insertum in medio dictionis. Vau redundat in fine.

## De mutatione Punctorum in genere.

Absolutis his quae pertinent ad Dictiones, et Litteras Seruiles, quae vice Dictionū ponuntur; et ad Paragogicas, quae ornatus gratia collocantur; postulat ratio, ut aliquid dicamus

K de mu-

de mutatione Punctorum, cum haec pars praecipuum locum teneat ad linguae huius perfectam cognitionem. Quae igitur fuerint instituto aptiora, non sine fructu attingemus. Ac quidem cum Punctorum mutationem obseruauerimus aliam esse communem, et generalem, quae comprehendit Verba, Nomina, et Dictiones, aliam esse particularem rationem mutationis singularum partium, de utraque dicendum.

In genere Punctorum mutatio ex his capitibus solet accidere. Et si permutationis unica causa est Euphonie, sed species valde diversae. Neque enim mutantur tantum Puncta, quae eundem, vel affinem sonum habeant, ut longa cum brevibus, et contra; sed etiam quae sono differunt, alia pro aliis substituuntur.

Ac primū Camets ponitur loco Tseré, Scureq, Patach, Hirèq pagui, Zegol, Qibbuts, et Hatèph Camets.

Tseré ponitur pro Camets, Patach, et Hirèq paruo.

Holem pro Camets, Scureq, Qibbuts, et Hatèph Camets.

Scureq vice Camets, Hollem, Patach, Qibbuts, et Hatèph Camets.

Patach pro Camets, Tseré, Hirèq paruo, Zegol, et Sceuá.

Zc-

Zegòl pro Camèts, Pátach, et Hiréq paruo.  
Hirèq paruum pro Camèts, Tseré, Scurèq,  
Pátach, Zegòl, Qibbûts.

Qibbûts pro Hateph Camèts, et contra.

Sceua pro Hiréq magno.

Exemplis haec omnia fere illustrauit Xan-  
tes libro primo cap. xxvii. de quibus egit etiā  
Abram Balmensis in Peculio littera F. sub  
finem.

Propter gutturales litteras punctorum mu-  
tationē accidere, vidisti supra pag. 62. et 63.

Deinde propter litteras Paragogicas mutan-  
tur puncta tam in Verbis, quam in Nominin-  
bus. In Nominibus quidem, iuxta regulas re-  
giminis, affixi, pluralis numeri, generis femi-  
nini, de quibus statim. Saepius tamen aliam ra-  
tionem ineunt mutationis punctorum. Verba  
non magnopere differunt a Nominib. in pun-  
ctorum mutatione propter Paragogicas.

Præterea propter Accentus distinguentes  
punctorum mutatione saepe accidit. Efficiunt  
hanc mutationem Accetus Rebiagh, Zachéph  
Catòn, Athnách, Scilùq, et Scoph Pascùq, qui  
mutant puncta brevia in magna, ut Pátach, Ze-  
gòl, et Sceua in Camèts: Sceua, et puncta rapta,  
in Zegòl, vel Tseré, aliquando in Hôlê: Zegòl,  
in Tseré, vel Camèts: Qibbûts, in Vau Scu-  
rèq: Hateph Camèts in Vau Holem. Exem-

pla habes apud Isaacum pag. 155. Bellarmi-  
num pag. 51. et alios. in ipso sacro textu ubiq.  
sunt obvia.

## De mutatione punctorum in Verbis.

Puncta quae regulariter suscipiunt Verba,  
in ipsis eorum ordinibus sunt explicata, ac  
multa praeterea alia magis praeccipua, in qui-  
bus deuiant a Canone generali. Quapropter  
ab his merito nunc abstinemus, remittentes  
lectorem, quo ad affixa Verborum pertinet,  
ad eos, qui proposuerunt tabulas Verborum  
cum affixis, quos citauimus pag. 119. Nam  
exceptiones particulares vel ex iisdem au-  
toribus sunt petendae, vel ex Thesauro, ne mul-  
titudine regularum, et exceptionum studiosi  
obruantur, qui magnopere, et praeccipue iu-  
uandi sunt linguae usu, et Sacra lectione.

## De mutatione punctorum in Nominibus.

Quattuor de causis in Nominibus puncta  
mutantur. Prima est Regimen, secunda Plu-  
ralis numerus, tertia genus femininum, quar-

ta

ta Pronominum affixio. Puncta vero quae in Nominibus mutationē admittunt, sunt etiam quattuor. Caméts, Tserè, Hólem, et Zegòl. Non quod puncta aliqua sint; quae non possint, aut soleant mutari, et aliorum loco substitui, sed quia in his quattuor perpetuum, et regulare sit mutari propter has causas. Alioqui puncta cognata permutantur, et confunduntur. Vide pag. 130. Quin et Sceua est quasi unū ex illis quattuor punctis, ut ait Elias Oratione 3. Fund. 2. num. 1. quamuis non annumeratur illis, quia non continetur in summa punctorum Vocalium, ut idem declarat in tractatu Cantici, sed est semipunctum, neque mutatur iisdem de causis, atq. quattuor puncta, sed tantum vertitur in Hirèq, ne duo Sceuam initio concurrant. Quod si Sceua sit cōpositū, ut fere sub gutturalibus, tollitur Sceua remanente Patach, aut Zegòl punctis simplicibus. Regimen dicitur, cum dictio regit genituum. apud Hebraeos autem nomen regens mutationem patitur aliter, quam apud Latinos, apud quos genitius qui regitur, mutatur. Affixū Pronomen quid sit, nosti ex pag. 119. Pluralis numerus, formatio est pluralis a suo singulari: denique genus femininum, deductio nominis feminini a masculino, ut pag. 105.

K. iiiij. De

De mutatione Kaméts primæ, et  
secundæ syllabæ.

Omne Camets quod p̄nitur sub prima syllaba nominis perfecti, transit in Sceuā, quæcumq. fuerit causa mutationis, et quæcumq. fuerit secundum punctum, ut Dabár Verbum, in regimine Debár abi, Verbum patris mei, cum affixis, Debardò Verbum eius. In plurali Debarim, Verba. Propter genus femininum, fit mutatio ciudem Camets, vt Chacám Sapiens vir; si deduxeris feminine, Kamets mutatur in Sceuā, quod dilatatur per Pátach, quia prima est gutturalis, vt Chacamah, Sapiens femina.

*camets*

Camets secundo loco possum in regimine singulari, et duobus affixis Chém, Chén, convertitur in Pátach. In plurali autem regimine, et quattuor affixis Hem, Hen, et Chicm, Chen, mutatur in Sceuā. Cetera conservant Sceua immutatum. Sic dicimus Debár abi, Verbum patris, Debarchém, Verba vestra, m. g. Debarchén, Verba vestra, f. g. Dibrehém, Verba eorum, Dibrehén, Verba earum, Dibre chém, Verba vestra m. g. Dibrechén, Verba vestra, f. g. Quoniā autem in regimine plurali, et quattuor affixis Hem, Hen, Chém, Chen, occurreret geminum Sceua in principio dictio-

nis,

nis, prius recepto more vertitur in Hiręq,  
interdum in Pātach, vel in Zegōl, ut in nomi-  
nibus quinq. et sex punctorum, quia haec tria  
puncta cognata cum sint, mutuas sibi prae-  
stant operas. Quando vero prima radicis est  
Cheth, vel Ghaiin, primū Sceua in regimine  
plurali transit in Pātach, ut Chacām, sapiens,  
Chacmē, sapientes; Gharēl, incircumcisus,  
Gharlē, incircumcisi. Idem accidit in his,  
quorum secunda est Cheth, vel Ghaiin.

## De Tsere primae, et secundae syllabae.

Si primum locum occupet Tsérē, eodem mo-  
do conuertitur, atque Caméts primae sylla-  
bae in Sceua, dummodo post Tsérē veniat Ca-  
mēts, vel Zegōl, alioqui immobilis manet, ut  
Scechār per Tsérē, inebratiuum, in regimine  
Scechār per Sceua, et cum affixis Scecharō, ine-  
briatuum eius et c. Si inseratur Iod inter  
Tsérē primae syllabae, et Caméts, non fit mu-  
tatio, ut Héehāl templum. Quod si post Tsérē  
primae syllabae veniat Zegōl, mutatur in  
Hiręq, ut Scébet, Scéptrum, Scibtechā, Scép-  
trum tuum, et c.

Tsérē secūdae syllabae vel seruat, vel per-  
mutatur, ut Camēts secūdae syllabae, vel in Pá-

tach, vel in Sceuā, modo praecesserit Camēts, nam alioqui vel manet, vel mutatur in Sceuā. Nulla puncta in regimine mutantur, praeter Camēts, et Tscrē, praecedente, vel sequente Camēts.

### De mutatione Hōlem.

*n. in.  
pluralis n°*

Non mutatur, nisi habeat post se Zegōl adiunctum. In affixis vero, et utroque numero vertitur in Hatēph Camēts, vt Kōdesc, sanctitas; kōdscechā, sanctitas tua et c. Regimen singularē neq. hic, neq. in nominib. quinq. et sex punctorū umquam mutatur. Si paenultima fuerit gutturalis, collocatur sub eadē Hateph Camēts, praecedēte Camēts sub prima, vt òhel, tabernaculum; aholò, tabernaculum eius, et c. Quaedam recipiunt Qibbūts, interdum Sceuā, interdum Camēts.

### De mutatione Zegōl primae, et secundae syllabae.

*zegol primus  
secundus*

Quae geminum habent Zegōl, non mutantur in regimine singulari, sed dum affixa recipiunt, prius mutant in Hiréq, secundum in Sceuā, partim in Pātach, vt Béged, indumentum; Bigdō, indumentum eius: Mèlech, Rex; Malcō, Rex eius. Quae primam habent gutturalē, semper mutant Zegōl in Pātach, vt

Ghe-

Ghébed, seruus; Ghabdó, seruus eius, et c. Secundum Zegol cum affixis, et in regimine singulari transit in Sceuá, in plurali vero absoluто in Caméts, ut Bigdī, indumentum meum; in plurali Begadím indumenta.

Mutatio in monosyllabis quomodo fiat, et in polysyllabis, quae excipiātur a superiorib. regulis, repetenda sunt ex his, qui longiores instituerunt disputationes, Dauide Camhio in Michlol, Xante lib. II. cap. xxvi. Elia Orat. III. Fund. 2. vsq. ad 12. Quinquarboreo, pag. 197. Isaaco pag. 40. Clenardo, Bellarmin. pag. 53. et aliis. Generaliora nāq. tantūmodo prosecuti sumus, reliqua praxi, et viuae voci reseruauimus.

## De ratione inuestigandae radicis, et usu Thesauri.

Qui ad superiores praceptiones addiderit facilem hanc, et expeditissimam methodum inueniendi radicem; si in ea feliciter fuerit versatus, incomparabilem profecto fructum, et breui tempore adepturus est, neque viuae vocis institutionem desiderabit, neque indigebit fere doctoris opera Hebraicis perdiscendis.

1. Litteras alias esse seruiles, alias radicales primum constituendum ex pag. 21. et 122.

2. Perfectorum radix cum litteram nullam

K v amit-

planari  
Curiq; arboreo  
pagin. 203.  
segol. 2. Segol.  
semper matet.  
cives patergo  
mi no minime  
solis ob solleto  
ri quo et ad  
quidam et  
affinis her  
heri chera  
heri que multa  
in canets.

amittat, facile patet abiectis seruilibus, quae  
constituunt personas, numeros, genera, nomi-  
na, et dictionibus adhærent, et contracto nume-  
ro syllabarum ad ternarium, si hunc excess-  
serit.

3 Imperfectae radices vel unam, vel duas lit-  
teras perdunt. Si unam amiserint radicalem,  
amittunt illam in principio, vel in medio, vel  
in fine.

4 Si in principio amittunt radicalem, praec-  
ponendum erit Nun, vel Iod, vel Aleph: erunt  
namque vel ex Defectiuis Phe Nun, vel ex  
Defectiuis Phe Iod, vel ex Quiescentibus Phe  
Aleph, vel Phe Iod.

5 Si in medio perdunt litteram, vel interse-  
renda erit secunda littera radicis deperdita si-  
milis tertiae quae apparet, et erunt ex Defec-  
tiuis Ghaiin, quae vulgo duplicantia; vel cer-  
te interserendum erit Vau, vel Iod, eo quod  
spectent ad Quiescentia Ghaiin Vau, vel Iod.

6 Si in fine defit littera, postponendum erit  
He, eo quod sit ex Quiescentibus Lamed He.  
Rarius postponendum Nun, vel Thau, ut sint  
ex Defectiuis Lamed Nun, vel Thau. Nam si  
requiras de Deficientibus in prima radicis La-  
med, habes expressum paradigmata pag. l. si de  
Nathan composito, pag. c.i.

7 Iam si duas inueniris radicales deperdi-  
tas,

tas, praepone Iod, vel Nun, et postpone He; erunt namque composita Phe Iod, Lamed He, vel Phe Nun, Lamed He. Rarius adiiciendum in fine Nun, vel Thau.

## De Syntaxi Hebracorum.

**T**antum in hac parte sunt explicanda in quibus Hebraei a Latinis dissentiant, et quae propria illorum sunt. Erunt igitur Idiomata aut Verborum, aut Nominum, aut Dissertationum. Exempla iuxta scripturam Hebraicam ideo fere citantur, ut appareat vis præceptionum.

### Idiomata Verborum.

1. Verbum cum suo nominativo genere conuenit, ut Isc Iilmōd, vir discet.
2. Verba vinculi sunt, quae construuntur cum aliqua litterarum Libam, aut cum præpositionibus Beghād, Ghad, Ghim, Ghal, El, et similibus, quorum constructio diligenter animaduertenda in Sacris Bibliis, quæ ex verbo expressa ad Hebraicum, nobis est inepta, et obscura, Matthæi xxi. Hos agná Lebén Dauíd, Serua quæso, vel nunc filio Dauid, pro filium Dauidis, quia Hebræis, et Syris eleganter. Verbum seruandi cum dativo construitur.

Ver-

240 INSTITUTIONES

3. Verba deridendi, recordandi, mandandi,  
et c. construuntur cum Lamed. Psal. cxxxii.  
Zechor Ledauid, memento Davidis.
4. Verba sensuum, delectationis, appetitus,  
spei, cum Beth. Psal. xxii. Ipsi videbunt in me,  
pro me. ~~Ex. 32. 13.~~
5. Verba quae significant timorem, cessationem,  
depulsionem cum Mem. Deuteronom. ix.  
Cessa a me, pro dimitte me.
6. Verba clamandi, alloquendi et c. cum El,  
id est, ad. Leuit. i. Clamauit ad Mossem, Num.  
morum i. Locutus est Dominus ad Mossem.
7. Verbum proficiendi cum Ghal, id est Su-  
per. Iob xxii. Proderit super ipso, id est ipsi.
8. Verba claudendi, expiandi et c. cum Be-  
ghad, id est Super. Gen. vii. Et clausit Domi-  
nus super eum, pro clausit cum. Leuit. xvi. Ex-  
piabit super illum, pro illum. Similia multa  
possunt obseruari, quae frequenter construun-  
tur cum litteris vinculi Lamed, Beth, Mem:  
dum animaduertas Verborum plura significa-  
ta distinguenda esse, iuxta quae diuersas admit-  
tunt constructiones, ut in aliis linguis.
9. Tertiis pluralibus vtuntur loco Imperso-  
nalium, quibus carent. Iob xviii. Expellent  
eum e luce, id est, expelletur.
10. Imperatiuus vim obtinet aduerbii de-  
monstrantis. Gen. xxvii. Vide, odor filii mei,  
sicut

sicut odor agri pleni, id est, eccē odor et cōtūnctus Imperatiuus alteri Verbo, est loco adverbii. Psal. cii. Festina exaudi me, pro festinanter, vel quam citissime.

¶ 1 Plura Verba primae, aut secundae coniugationis actiuae habent significationem nec tropassiuam, vt Isaiae xxv. Absorpsit morten Victoria, id est, interprete D. Paulo 1. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria.

¶ 2 Deest saepissime Verbū substantiuum, et Verbum Amār, dixit.

אמֶר

## Idiomata Nominum.

¶ 3 Adiectiua quae comparatiue, vel superlatiue accipiuntur, cum genitio construuntur, vt Isaiae xix. Chachmè Ioghatse Paraghòh, Sapientiores consiliariorum Pharaonis. Primo Samuel. xxi. Addīr Haroghīm, Praestantissimus pastorum. Eadem ratione aliquando substantiua, Naharè nachalè deuāsc, Flumina torrentium mellis, id est, quae mel copiosissime fundunt.

¶ 4 Quando duo substantiua diuersi numeri, vel generis in regimine ponuntur, conuenit Verbum cum posteriori, quamuis sit casus obliqui. Haggaci 11. Et venient desiderium gentium, pro venient Christus nimirum desidera-

142 INSTITUTIONES

deratus gētibus. Eadem est ratio de adiectiuo, participio, et affixo, quae de Verbo.

15 Plurale nomen iungitur cum Verbo, vel adiectuo singulari. Genes. I. Sit lumi-  
naria. Hoc vulgatū est, cum plurale accipitur  
distributiuo. Psal. CXIX. Rectum iudicia tua,  
id est, vnumquodque iudiciorum tuorum.

16 Adiectua quae Latinis regunt ablatiū  
causae, virtutis, et similiū affectuum, con-  
struantur cum genitiuo. Ioēlis II. Instructus  
proelii, proelio, vel ad proelium.

17 Genitiū possessionis collocant in abla-  
tiuo praeposito Mem. Psal. LXXX. Aper de sil-  
ua, pro, porcus siluae, vel siluestris. Eadem ra-  
tione conformāt genitium partitionis. Psal.  
XXXIII. Vnum ex his non conteretur, vel  
vnum illorum.

18 Possessiū casus usurpatur loco adie-  
ctui, vt filius mortis, morte dignus, filius per-  
ditionis, filius perditus, vel exitio dignus, et  
perditione.

19 Substantiū geminatum, et posteriori  
loco positum vim habet superlatiui, vel excel-  
lentiae significandæ, vt Vanitas vanitatū, ipsa  
vanissima vanitas; Canticum Cantorum,  
praestantissimum Canticum. Superlatius qui-  
bus carent, circuloquuntur etiā perposita,  
vt Meōd, valde. De cōparatiuis vide pag. 122.

Vcr,

20. Verbalia possunt construi cum casu suo-  
rum verborum. Hosseae iii. Sicut dilectio Do-  
mini erga filios Israel, pro, sicut diligit Domi-  
nus filios Israel.

21. Substantiua induunt habitum regiminis  
cum syntactica non sint, si sequantur litterae  
Beth, Lamed, Mem, et Scen, vel particulæ בְּלַמְדָא  
quae respondeant significacione his litteris, ut  
Ascér, Eth, et c.

### Idiomata Dictionum.

22. Antecedens praetermittunt Graecorum Pronomi-  
more. Genesis xl. i. Et dixit ei qui pree-  
fectus erat domui. Aliquando quoque relati-  
uum. Iob xix. Vczéh Ahábtí, et hic (quem )  
dilexi.

23. Demonstratiuum Pronomen in relatio-  
nibus subiiciunt praeter consuetudinem Grae-  
corum, et Latinorum, vt Psal. i. Quem pro-  
pellet eum ventus, pro quem propellet vetus.

24. Non est opus accusatiuo pronominis,  
vbi non sit transitus personarum. Primo Para-  
lip. cap. vi. Dominus dixit habitatutum (sc) in caligine.

25. En, id est non, Praeterito, Futu- Particulae,  
ro, Imperatiuo, et Infinitiuo non iungitur.  
Al, Ne, iungitur tantum Futuris, et Im- 112  
peratiuis. Lo, id est non, omnibus iungitur.

Betē-

¶ 24 Betèrem, antequam Lemághan, Làghan, prop  
terea, propterea quod. Infinitiuo, aut Futuro.  
Plura ciusmodi obscuranda.

26 Elegantissime, et frequentissime duae  
praepositiones iunguntur: Meghîm a cum,  
Mimmághal, desuper, Mittâchath, desubter.  
Postulant saepius praepositiones post se La-  
med, Exodi xx. Mittâchath Laàrets, infra ter-  
ram. Desiderantur frequenter praepositiones.  
et litterae Moséh Vocaleb, de quib. pag. 122.

27 Negatio posita inter infinitum, et fini-  
tum Verbum, vniuerse negat, et vehementissi-  
me Genes. 3. Lo moth temûthun, moriendo  
non moriemini, id est, plane non moriemini.

28 Praepositiones induunt habitum regis-  
minis ut nomina, Ghalé super, Acharé post.  
Ac de Syntaxi quidem haec sint dicta, ad quo-  
rum similitudinem utilissimum erit plura ex  
Sacris Bibliis obseruare, vel obseruata huc cō-  
gerere, quibus magnopere illustretur sancta-  
rum Scripturarum vera, et germana intelli-  
gentia.

## De Accentibus.

Accentuum cognitionem non est, qui neget  
magnopere necessariam esse, sine cuius præsi-  
dio Salomon Iarchius saepius fatetur non pos-  
se textum Biblicum intelligi, producto etiam

ad

ad hanc rem sacro testimonio Ezechiel. cap. i.  
vii. xi. Facies eorum, et pennae eorum extentae  
de super. ubi negat Tarchius, se umquam potuisse  
assequi loci sententiā, nisi accentus Zaqēph  
gadol positus fuisset supra Vphnebēm, id est,  
Facies eorū; quo licet animaduertere, sensum  
esse, et facies illorum, scilicet, erat illis; et aliae  
illorum erant diuisae, vel separati superius:  
non vero facies eorum, et aliae eorum erant di-  
uisae: eo quod accentus distinguens faciat haec  
rere sententiam, et non connecti cum sequen-  
tibus. Quamobrem ut absolutiores sint hac In-  
stitutiones, quaedam quae ignorare nefas es-  
set, attingemus, quatenus accentuum cogni-  
tione sacer textus distinguitur, ambiguus, et  
obscurus plane illustratur.

Accentus itaq. apud Hebraeos sunt viginti  
nouem, ex quibus quidam Reges, Ministri alii.  
Reges sunt viginti. Soph pasuq, Athnach, Za-  
qēph qatōn, Zaqēph gadol, Tarchā, Rebiagh,  
Tebīr, Paſta, Zeguiāh, Pasèq, Legarméh, Gé-  
refc, Gerascim, Zarqá, Iethib, Pazér qatōn,  
Karnē pharā, Scalscélcth, Teliscà gedolah, Pa-  
zér gadol, qui ultimus tantum reperitur in  
Psalmiss, Proverbiis, et Job, in quibus libris  
diauersa est accentuum ratio, quam in ceteris  
libris propter versuum breuitatem, si excipias  
duo prima capita, et extremos aliquot versus

L libri

libri Iob, in quibus inuenimus accentuum leges ceteris libris conformes.

Accētus Ministri nouem sunt. Munāch, Scōphār mahaphách, vel mehuphách, Meaielá, Merechá pesutá, Merechá kephulá, Kadma, Teliscá ketanná, Dargá, Iaréach ben iomó. Superiores accentus Musici sunt, et Grammatici. Musici, quatenus seruiunt tāquam notae Musicae concentui musico; Grāmatici, quatenus syllabas quas afficiunt, eleuāt, quia omnes sunt acuti, non graues, vel circumflexi: et quatenus orationem continuant, vel distinguunt. Continuāt orationem ex aequo Ministri vsq. ad Regem. Distinguunt candem Reges omnes inaequaliter, ordine scilicet, quo numerati sunt. Nam Soph pasúch notat periocham, et finem sententiae; Secundus Atnāch responderet duobus punctis; Tertius Zaqpèph qatòn, commati; Nam quartus vix quidquam praefstat in distinctione Grammatica, sed in ratione Musica. Quattuor qui sequūtur, notant virgulas, hypodiastolas, et subdistinctiones, atque propterea transire faciunt puncta breuia, et scēua in longa, quae respondeant. Reliqui sensum vix, aut parum distinguunt, sed modulationē. Cum vero dictio duobus notatur accentibus, prior est Rhetoricus, siue Retinaculū; secūdus Natus, vel Grāmaticus. Iam Rhetorici sunt quat-

quattuor, Mètheg, Mazzè, Gaghaiâh, Maqqâph; e quibus duo primi suspendunt motiones, tertius Sceua suspedit, quartus est ut apud nos Hyphen, qui sublato accentu dictionis, compellit illam ad sequentem. Quo autem loco in quaque dictione collocandus sit natius accentus, ex his appareat.

In Verbis proposita paradigmata, et accentus notati pro regulis sunt.

Nomina monosyllaba semper habeant accentum, nisi coniugantur cum alia dictione per Maqqâph.

Syllaba antepaenultima non eleuetur nisi raro.

In Nominibus dissyllabis, et polysyllabis accentus esto in paenultima in his formis. Prima per Hôlem, et Zegòl, ut Kòdesc, sanctitas, Cappôreth Propitiatoriū. 2. per Hôlem, et Pâtach, ut Bôchan probatio. 3. quinq. pûctorū, ut Zépher liber. 4. sex pûctorū, ut Bèged vestis. 5. duplicitis Pâtach, ut Nâghar iuuenis.

In Quiescentibus Ghaiin duas habeto formas eiusdem rationis, primam per Camêts, et Zegòl, ut Mâueth mors; Secundam per Pâtach, et Hirèq, ut Bâiith domus.

In Quiescentibus Lamed He, tres similiter formae obseruentur, prima per Hôlem, et Hirèq magnum, ut Chôli infirmitas: secunda per

Lij              Hô-

Hólem, et Vau Scureq, ut Tòhu, inanitas. Tertia per Gaméts, et Vau Scuréq, ut àchu gerumen virens. Ceterae formae habeant accentum in ultima, et nomina quoq. pluralia masculina, et feminina. Excipiantur dualia, quae semper habent accentum in paenultima. Distiones inflexiles his nominum regulis comprehendentes. Atque haec de accentibus sint dicta. Nam a subtilioribus disputationibus merito abstinuimus, remittentes studiosos ad eos, qui de his scripserunt, Abram Balmensem sub fine Peculii, Calonymum Iuniorum Ben Davidis Galonymi, libro de hac re Hebraice edito in supplementū eorum, quae morte præuentus perficere non potuit. Abram Balmen sis; Eliam lib. de accentibus, et in lib. Electio Orat. i. Fund. 4. num. 8. et 9. et Tabula 2. Orat. 4. Reuchlium. Xantem lib. 1. cap. 10. et 11. Iohannem Vallensem quattuor libris editis de Accentibus, Quinquarib. pag. 259. Genebrardum, Isahacum pag. 147. et alios plerosque.

### De Poëtica Hebraeorum.

Vetustissima Carmina Biblica, ut Iobi, Davidis, Salomonis, et ceterorū scriptorum, longe alterius sunt rationis, quam recentiora Hebraeorū. Nam antiquorum carminum dimen-

sio hodie ignoratur. Hodierna vero, si quis amat scire, quibus continentur dimensionibus, consulat Hebraicum tractatū Abenezrae, et libellum de metris Dauidis Iehaiac, qui inscribitur, Lemudīo, cum annotationibus Genebrardi, cuius existet breuis tractatus Isagogicus ad Poëticam Hebræorum.

### Regulae aliquot Orthographiae.

**N**E charta vacaret, subiecimus Canones quosdam Orthographiae, quos inter ea quae pertinent ad rationē legendi, et scribēdi proponere non placuit, ne incipientes succūmberent oneri, præsertim cum haec et alia in animo esset opportuus de superiorē loco explicare in ipso contextu Biblico.

Litterae Begād Chephāth post Scena quiescens fere habent Daghēs, post Scena mobile Raphē.

In principio dictionis praeter numeratas sex litteras semper est Raphē, nisi post litteras Eheui quiescentes, de quibus pag. 18. tunc enim est Raphē, exceptis quattuor locis. primo cum quattuor litterac quiescentes sunt inobiles, vel cohaerent cum praecedenti tamquam vocalis in diphthongo, ut ead. pag. 18. Secundo cū sex litterac sunt in pausa, vel distinctione. Tertio cum dictio quac. incipit ab una ex his

בְּגָד  
כְּפָה

רָףֶה

## 150 INSTITUTIONES

litteris, est monosyllaba, vel habet accentū in paenultima. Quarto cum virgula Maqqāph coniungit He finale monosyllabae dictionis cum sequentibus.

Post puncta longa semper est Raphé, nisi nō tentur accentu. post puncta brevia semper se-quitur Daghésc, aut Sceua quiescens, nisi ha-beat accentum.

Sceua mobile, numquam patitur post sē Da-ghésc, nisi in nomine Scettâim, et Scettè, duac.

Post puncta composita, vel rapta numquam venit Daghésc, vel Sceua. Excipitur Vau Scu-réq quod interdū pro punto paruo habetur, ideoq. post illud reperitur Daghésc, et Sceuá quiescens: nisi secū habeat accentū Rhetori-cum Métegh, id est retinaculum, siue Ga-ghaiá, tunc enim legitur.

Gutturales litterae afficiuntur punto rapto, vt dictum est pag. 16. et 62. possunt ta-men habere Sceua simplex tribus locis, primo si gutturalem praecedat nativus accentus. Se-cundo si ponatur Hiréq sub littera seruili, vt Ihiéh, erit, lihiôth, ad existendum: aliaqui si Hirék fuerit sub littera radicali, quae sequi-tur gutturalis, afficitur Sceuá composito, siue punto rapto. Tertio, si gutturalem litteram sequatur aliqua ex litteris Begád Chepháth Daghessata, vt fiat contractio duarum syllaba-rum

rum in vnam, euphoniae causa, tunc gutturalis habet Sceuā simplex, vt Nedār, magnificus Exod.xv. y. xi. pro, Needār. Pauca excipiuntur. Quacumque harum mutationum posita, littera praecedens gutturalem semper habet Pātach, vel Zegōl, vt habes. pag. 63. ac si gutturalis punctis raptis Hatēph Zegōl, vel Hatēph Pātach afficeretur.

## FINIS.

**S**Acrosanctae linguae Hebraicae, et diuinarum scripturarum studiosis non mediocrem adferet fructum harum Institutionum editio, et lectio. Quapropter diligenter a me lectas, et examinatas dignas iudicauit, quae in communem utilitatem typis committantur. Valentiae x. Kal. Februarii. M DC VI.

Petrus Iohannes Trillesius Praepositus  
Diuinorum litterarum Professor.

Imprimatur

Casanoua,

# INDEX.

- Accentus** pag. 144. **Punctorum mutatio**, 129.  
**Daghese** 19. **Perfectum Verbum**. 22.  
**Defectius Ph Nun**, 43. **Poëtica**, 148.  
 Ph Iod, 43. Ph Lamed, **Pronomen**, 118. **separa-**  
 49. Ghain, 50. Lamed **tum**, ibid. **Affixum**, 119.  
 Nun, et Lamea Tbau, 58. **Præpositio**, **Adverbium**,  
**Dictio** 118. **Interiektio**, et **coniun-**  
**Litterae**, 1. **earū potestas**, 123.  
 et significatio 6. **litterae** **Quiescentes litterae**, 18.  
 He, Chet, et Ghain. 19. **Quiescentia Verba**, 60.  
 radicales. 21. **serniles** **Quiescentia Ph Aleph** 61.  
 ibidem. **Mosch Vechab-** **Ph Iod**, 66. **Ghain**  
 leb, 121. et 122. **Par-** **Vau**, 71. **Ghain Iod** 82.  
 gogicae. 128. **Lamed Aleph** ibid. La-  
**Nathan Verbum**. 100. **med He**, 118. 86.  
**Nomen**. 104. **Nominū ge-** **Quadrata coniugatio**, 75.  
 nus. 105. **numerus**, 106. **Rapheh**, 20.  
 casus, et declinatio. 109. **Radiciis inuestigandae ra-**  
**Nomina Hæmatica**, ibid. **tio**, 137.  
**Defectius**, **Quiescentia**, **Scena**, 14.  
**Composita**. 113. **Quat-** **Sachah Verbum**, 93.  
 tuor, et **Quinqæ littera-** **Syntaxis Verborum** 139.  
 rum, 114. **Numeralia** **Nominum** 141. **Dictio-**  
 115. **Cardinalia**, ibid. **num**, 143.  
**Numeri Ordinales**, 117. **Verba Perfecta** 23. **Imper-**  
**Orationis partes**, 20. **fecta** 42. **Composita** 94.  
**Orthograph. regulæ**, 149. **Quattuor litterarū** 102.  
**Puncta vocalia**, 12, raptæ, 16. **Quinque litterarū** 103.

FINIS.







Universitat  
Biblioteca

Y

2

Universitat de València

Biblioteca Històrica

Y-33

20

# INSTITUTIONES SACRAE LINGVAE

Hebraicae, methodo breuissima,  
et expeditissima comprehensa:

Opera

in Ad

Ad A



VALENTIAE  
APVD PHILIPPVM MEY.  
M DC VI.